








P
6
29














Bernardinus Laurinus integerrimo ac grauissimo uiro Petro ingaldeo iusti-
nopolitano amicorum suauissimo. S.P.D.
Cogitanti mihi etiam ac etiam animo uoluenti cui potissimũ hanc epistolam inscriberem de castigatione clarissimi Petri Pauli uergerii iustinopolitani de liberalibus studiis optimisq; institutionibus & cæterorum eiusmodi autorũ tu unus omnium uisus es quum propter incredibilem beniuolẽtiam qua te summopere prosequor: quum propter optimos mores singularesq; uirtutes tuas: tum deniq; propter summam obseruantiam qua mirifice afficeris olim conterraneo tuo necessitudine tibi deuincto Petro Paulo uergerio. Quapropter uehemẽtissimo rogatu bibliopolæ persuasus ut ei in re tam honesta morigerus essem: quo maius emolumentum ex hoc insigni opusculo uenali cõse qui posset: si autoritatis tuæ perspicacissimum iudicium intercesserit nõ absurdum esse duxi a mẽdis & anfractibus fenestratis hoc diuinum opus eripere ut ueri autoris uestigia redoleat. At unde id uitii profluxerit ut uix quisquã referre pedem possit ex deprauatis & inuersis autoribus. Id sane fit propter teterrimum auariciæ facinus. Quæquidẽ hodierna tempestate undiq; debacchatur: Hinc illud non insitum præstantissimi historici. Auaricia fidem: probitatẽ cæterasq; bonas artes subuertit. Quis adeo bibliopola: Quis librarius: præpositaq; minimi præmiũ spe grauem sumptum imprimẽdi ferre possit? Igitur quũ facile perspiciam te natum esse ad agendum semper aliquid uiro dignum: nõ parum mihi uisum est gratiam tuam inisse: ex qua non mediocrem autoritatẽ (mihi crede) in hac re comparare uideor. Vale probitatis uiua imago: ac patriæ fulgentissimum decus & me (quod facis) mutuo complectere.

PETRI PAVLI VERGERII Iustinopolitani de ingenuis moribus ac liberalibus studiis liber ad illustrem Vbertinum Carrariensem.


Ranciscus senior auus tuus cuius ut extant plurimæ res magnifice gestæ: ita & multa passim sapiēter ab eo dicta memorātur dicere (ut accepimus) Vbertine solebat: tria esse: in quibus bene consulere suis liberis parentes ut facile possunt: ita iure meritoq; tenerentur. Primum uti honestis illos nominibus appellent. Nam est ut in re parui momenti nō parua iactura indecoram nominis appellationē sortitū esse: in quo quidem solent plærūq; nonnulli errare: dum leuitate quadam aut ipsi nouorum nominū auctores haberi uolunt: aut siqua a suis maioribus acceperunt: tanquā gentile patrimoniū ad posteros certa fide transmittunt. Alterum ut in egregiis urbibus eos statuant. Nam amplitudo splendorq; patriæ plurimum ualet cum ad opes & gloriam: tum ad id quod tertio loco cōstituebatur ab illo: & iam dicetur a nobis: quanquam in hoc plærūq; eueniat: quod Themistocles cū esset atheniensis seriphio cuidā in contentione respōdit: dū ille nō propria uirtute sed patriæ splendore gloriosum factū eum contēderet. Neq; enim inquit is: uel tu si Atheniensis esses: clarus extitisses: aut ego si seriphius essem ignobilis. Tertium autem erat: uti bonis artibus liberos erudirent: præclare omnia ut in omni genere rerum prudētissimus sui temporis & erat & habebatur. Sed postremum illud præter cætera cōmodissime. Neq; enim opes ullas firmiores aut certiora præsidia uite parare filiis genitores possunt q̄ si eos exhibeant honestis artibus & liberalibus disciplinis instructos: quibus rebus præditi & obscura sue gentis nomina & humiles patrias attollere atq; illustrare consueuerūt. Nam & mutare sibi nomē dum id sine fraude fiat unicuiq; p leges licet & trāsferre quādo libeat domiciliū nemo prohibet. Artibus uero [illegible] nisi qs ab adolescētia fuerit īstitutus aut si puerīs infectus extiterit nō facile de se speret in ætate prouectiori posse: aut has abiicere: aut illas cōtinuo sibi parare. Iaciēda sunt igitur in hac ætate fundamēta beneuiuēdi: & formādus ad uirtutē animus dum tener est & facilis quālibet impssionē admittere que ut nūc erit ita & in reliqua uita seruabitur. Verum cum oēs hoīes deceat parētes quidē in primis eos esse qui recte erudire suos liberos studeāt

& filios deinde tales qui parẽtibus bonis digni uideri possunt: precipue tamẽ qui excelsiore loco sunt quorũ que nihil neq; dictum neq; factum latere põt decẽs est: ita principalibus artibus instructos esse ut & fortuna & gradu digni tatis quam obtinent digni habeãtur. Aequum est eñi qui sibi summa oĩa de/beri uolũt debere & eos summa oĩa de se prestare. Nec est ulla certior aut sta/bilior regnandi ratio quã si hi qui regna obtinent ab omnibus dignissimi om nium regno iudicẽtur. Quãobrem cum sis Vbertine primum quidem nomẽ sortitus quod fuit in uestra familia diu celebre & ab eo nuper illustratum qui retro sextus principatũ ex genere uestro tenuit: deinde in hac uetustissima re/gia urbe quæ & cunctarũ bonarũ artium studiis floret & rerum omniũ copia in hominũ usus abundat ex principum genere atq; ipo patre principe natus: sub cuius ductu & fœlix urbis status & uestræ familiæ clarissimũ nomẽ excre/scit in dies: magnopere lætor pro mea fide tuaq; ac tuorũ in me beniuolentia quod te uideo cum per parentis diligentiã tum maxime tuo iudicio ad bonas artes & præclara studia omni nixu propẽsum ferri. Etsi enim tria illa que dixi/mus a parẽtibus maxime desiderari uideãtur in quorum profecto singulis nõ sum qui negem eos plurimũ posse: præcipue tamẽ parẽtes nomina imponũt natis: casus nonnũquam electio dat homini patriã. Bonas autẽ artes atq; ipam uirtutem sibi ipsi unusquisq; comparat. Quæ quidem pre omnibus quæ pos sunt ab hominibus studio quæri exoptãda est. Nam opes: gloria: uoluptates: fluxæ res sunt & caducæ. Habitus autem fructusq; uirtutũ perstat integer atq; æternus manet. Hoc igitur si te cõmoneam ut sedulo facias tametsi ipse libẽter id presto: uideo tamẽ esse nõ necessariũ. Quid enim aliud possum monere te ut facias: quã quod semper facis aut quẽ tibi alium ad exẽplum uirtutis cõmen dare q̃ te ipsum? Cum enim ita ab ipsa natura & animi & corporis dotibus cõ stitutus uideare: ut oĩa magna sperare de te liceat: tuq; adeo etiam maiora oĩa præstes: ut nõ modo spem sed & uota quoq; omniũ exuperes: quid est quod aut adhortatione cuiusquã fortius promoueri possis: aut cæteror[illegible] imitatione magis accendi? Tuo igitur noĩe breue hoc opus suscepi: & de liberalibus ado lescentiæ studiis ac moribus id est in quibus rebus exerceri ingenuos adolescẽ tes quidue cauere cõueniat adortus sum ad te scribere: nõ quidem quo ipse te sed ut per te cæteros id ætatis cõmoneam & cũ quid agẽdum sit aliis præfinio: tu quod p̱ te facis in te recognoscas. Cum enim sit homo ex anima corporeq;

constitutus magnum quiddam ab natura consecuti mihi uidentur quibus est datum ut & corporis uiribus & ingẽii ualerẽt. Nam cum plurimos uideamus quibus sine culpa euenit nascentibus ut & ingenio essent tardo & corpore imbecilli: quantas gratias haberi naturæ cõuenit si secũdum utrãq; hæc & integri sumus & ualidi. Ita autem referetur digna nature gratia: si non neglexerimus eius munera sed ea rectis studiis bonisq; artibus excolere curauerimus. Principio igitur erit unicuiq; suum ingeniũ pro se spectandũ aut si minus per ætatẽ nobis perpendere id licebit parẽtes cæteriq; quibus curæ erimus animaduertere debebũt: & in quas res natura proni aptiq; fuerimus: eo potissimũ studia nostra conferri: & in eis totos uersari cõueniet: maxime uero qui sunt liberale ingenium a natura consecuti sinendi nõ sunt aut inerti otio torpere aut illiberalibus implicari negotiis.

OMnino autem liberalis ingenii primum argumentũ est studio laudis excitari incendiq; amore gloriæ unde oritur generosa quædam inuidia & sine odio de laude probitateq; cõtentio. Proximũ uero parere libenter maioribus: nec esse bene monẽtibus contumaces. Nam ut equi meliores ad pugnam habentur qui faciles sunt manu regi & ad tubarum clangorem arrectis auribus exultant. Ita qui iuuenum bene audiunt monitoribus & laudati excitãtur ad bonum uberis spem frugis ferre præ se uidentur. Cum enim bonum ipsum uirtutis honestiq; faciem inexperti rerum complecti ratione non possint quæ si posset oculis uideri mirabiles ad sapientiam (ut inquit Plato & Cicero meminit) de se amores excitaret. Proximũ est ab hoc gradũ ut gloriæ laudisq; studio ad optima conari uelint. Amplius aũt & qui sunt in actionibus prompti fugientes otium: amantq; semper aliquid recte agere bene dispositi natura uidentur. Nam ut & in eiusdem generis similitudinibus uersemur queadmodum equi cursores meliores habẽtur qui dato signo protinus exiliunt nec calcarium stimulos aut flagellorũ plagas morari subsistunt: ita adolescentes qui cõstitutis horis ad solita studia intermissaq; paulisper exercitia alacres sine monitore redeunt præclare constituti ad uirtutis opera habendi sunt. Sed & si cõminationes ac uerbera metuant magis autẽ si dedecus atq; ignominiam unde nascitur uerecũdia quæ est in ea ætate signũ optimum. bene igitur habet si & obiurgati erubescãt & castigati fiant meliores suosq; præceptores amẽt. Nam & disciplinã amari indicio est: nec minor

uero ad omnem probitatē habenda de his spes est: qui sunt natura benigni ac facile placabiles. Est enim in animo simile quiddā quod & in corporibus: nā ut in his significatio est bonæ naturæ nullo cibo abhorrere stomachum: sed quicquid ingeritur facile admittere & in alimētum conflare membrorum. Ita aut neminem odisse aut aspernari sed quicquid dicatur fiatue in meliorē partem habere omnia bene ab ipsa natura constituti animi signum est: ac multa quidem in hunc modum sumi a maioribus argumenta possunt. Quod uero ad corporis habitudinē attinet molles carne aptos esse mēte scripsit Aristoteles: de reliquis consulendi erunt qui per phisonomiā deprehēdi posse uniuscuiusq; ingenium natiuosq; mores profitentur: quā nos hic rationē totam relinquamus. dignosci autem plærūq; (ut diximus) ex indole potest adolescentibus nobis quales uiri futuri simus. Nam ab initio quidē ætatis profert in quibusdam natura ꝓbitatis futuræ insigne ueluti flosculos unde bone indolis iuuenes dicimus: qui effigie ipa oris & gestu cæterisq; actibus spem de se bonā polliceri uidentur: quibus ut turpe est expectationē hominum fallere: Ita laudi hi dantur qui sine ulla tali significatione probi tamen euaserunt imitari pomorum quoddam genus quæ sub turpi atq; aspero cortice suauem afferuāt saporem. Hinc bene præcipiebatur a Socrate ut adolescētes in speculo suā imaginem crebro contemplarentur: ea scilicet ratione ut hi quibus interesset speciei dignitas: uitiis illam non dehonestarent: qui uero deformiori specie uiderentur formosos se ex uirtutibus reddere curarent. Magis autem id ipsum cōsequi fortasse poterunt: si non tam suam speciem quam alienos probari hominis mores & uiuū speculū intuebuntur. Nam si. P. Scipio. &. Q. Fabius quod omnibus fere generosis mentibus usu euenit illustrium uirorum contemplādis imaginibus excitari se magno opere dicebant. Que res Iulium quoq; Cæsarem uisa magni Alexandri imagine ad summā rerum accendit. Quod consentaneum est euenire cum ipsam uiuam effigiem & adhuc spirans exemplū intueri licet: quanquam imagines fortasse maiorū magis ad [illegible]ationē gloriæ animos excitāt: propterea quod hominis præsentia minuere plærūq; gloriam solet & uiuentes comitari consueuit inuidia: ad exemplum certe uirtutis ac morum & ad omnem doctrinā ut uiua uox ita & uiui hominis mores plus ualent. Debet igitur studiosus adolescens quem uirtutis ueræq; gloriæ desiderium cōcitat unum aliquē pluresue: quos uideatur deligere probatissimos ui-

ros quorũ uitam ac mores quantũ per ætatem licebit imitetur. Illis autem cæ/terisq; natu maioribus cum omni tẽpore habenda sit grauitatis atq; modestie ratio: tum uero maxime coram iunioribus custodienda est. Iuuenũ enim ætas prona est ad peccandum: ac nisi maiorum exemplis auctoritateq; contineatur facile semper in deteriora prolabitur.



T quoniam insunt ipsis ex ætate proprii mores quod & reliquis quoq; ætatibus accidit: ex his qui boni sunt usu præceptisq; confirmandi erunt: & iuuandi. qui uero mali atq; illaudabiles corri/gendi: quorum hi quidem naturã sequũtur tm̃. Quidam autem experientiæ defectum. Alii uero utrũq;. Sunt enim in primis natura largi atq; liberales. Propterea quod non sunt experti indigentias neq; opes eis labore proprio quesitæ sunt. non enĩ solet fieri ut temere dissipet: qui cum labore cõgregauit simul & quod superabundat in eis calor ac sanguis non modo in nutrimentum corporis: sed & in augumentũ etiam: quod contra fit in senibus cõtraria id efficiente ratione. Quem igitur eum speremus futurũ senem qui sit in adolescentia tenax atq; auarus: non quidem quo permittendæ sint eis largitiones: quas exercere cum discretione munerum personarũ meritorũq; nesciunt: sed corruptæ naturæ atq; illiberalis ingenii sit indicium. Ii igitur ad questuo/sas artes faciunt aut manuale opus aut negociationẽ & ad curam rei familiaris præcipue qui & si nobiliores fuerint quandoq; artes assecuti: illas tamen sem/per ut cætera ad ignobilem questũ redigunt: quæ quidem res est ab ingenuis mentibus prorsus aliena. Deinde sunt bonæ spei multaq; ac magna sibi facile promittunt ac præ cæteris longæuam ætatem ut quibus exuperat naturalis calor tanquã ad omne opus & in oẽ tempus suffecturus. Ac propter hoc ipsum magnanimi sunt & alti cordis: quoniã est ea uis calidi ut sursum ferat: unde fit ut sint arrogantes: & iuxta Flaccum monitoribus suis asperi & contumeliosi aliis se ipsos efferẽtes. appetũt enĩ excellere propter quod uolẽtes uideri multa nosse: facile sunt operta reuelare & se ipsos iactãtes plærũq; mẽdaces inue/niũtur: simul & quia inexpti sunt existimãtes uera dicere in plurimis fallũtur. ab hac autẽ mẽtiẽdi uanitate deterrẽdi su nt maxiẽ. Primũ quod assueti in iuuẽtute mẽtiri morẽ hunc uiri seruãt: quo nihil est turpius. Deinde q̄d ꝓpe nihil æque maiores offendit q̃ mẽdacia adolescẽtiũ: q studeãt pridie nati senes fallaciis circũuenire. Proderit aũt si admoneãtur parũ loq & raro nisi iussos dicere.

In multo namq; sermone est aliquid semper quod reprehendi possit: quod si in alterutro est peccandum multo sane tutius est tacere q̃ loqui. Nam qui intempestiue tacet hoc in unum peccat quod tacet. loquendo autem in multis errare cõtingit. Prouidendũ etiam ne fœdis atq; inhonestis sermonibus assuescant. Nam ut est a græco poeta dictum & ab apostolo Paulo repetitũ. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Secũdum superiorẽ autem rationem quoniã sunt excellentiæ cupidi: sunt etiam uerecundi quoniã inhonorari metuunt & castigationis parentũ magistriq; ex recenti meminerũt: simul & quoniam inexperti sunt facile refelli se posse arbitrãtur. Sunt item creduli nimis ex defectu nãq; experientiæ rerum. Vera credunt esse quæcũq; audiunt atq; etiã de facili mutant opiniones quoniã sunt eorum humores in motu propter augumentũ corporis & abũdat calor qui maxime admotiores facit: anima uero complexionem sequitur corporis: ideoq; ut facile carentes concupiscunt. Ita potiti satiantur cito. Passiones uero suas maxime prosequũtur & omnia faciũt ualde quoniam concupiscentias habent acutas: quas calor incitat neq; uigent ratione & prudentia: quæ illas moderari possunt. Ego uero iuxta terẽtianum Sosiam nõ iniuria id arbitror apprime in uita esse utile ut cõmode fiãt omnia ac ne quid nimis. Sunt quoq; miseratiui nec maligni moris quoniam ab generatione proximi sunt benignum habentes sanguinẽ cæterosq; ex se existimãt quod pauca cõmiserunt. Quãobrem eos credunt iniuste pati. Maxime uero gaudent amicitiis & sodalitates amant: quas plærũq; eadem die & ineunt & dirimunt. Iuxta igitur has animaduersiones erit adhibẽda doctrina & boni quidem mores assiscendi: mali uero aut minuendi aut prorsus eradicãdi erunt. & de cura quidem iuuenũ cum plurimum domesticæ disciplinæ permissum sit: nonnulla tamẽ solent legibus definiri. Deberent autẽ ut fere dixerim omnia. Nam & reipublicæ interest iuuentutem in ciuitatibus bene moratam esse: & si fuerit adolescẽtes ratione instituti: erit id quidem utile ciuitatibus & ipsis bonum. Maxime uero ut specialius dicamus ab his peccatis prohibendi sunt in quæ facile natura ab ipsa ætate deducũtur. Habẽt enim & ætates sua propria quædam uitia. Adolescentia libidinibus estuat. ætas media ambitione iactat᷑. senectus cupiditate auaritiaq; cõsumitur. nõ quo ita omnes habeãt: sed quod in hæc uitia ex ætate proniores sunt homines. Curãdum est igitur ut iuuenes quam maxime diu integriq; seruentur. Immatura nãq; Venus & animi & cor

poris uires eneruat. Quod erit si a choreis cæterisq; huiusmodi ludis & itē ab omni muliebri frequentia arceantur. Aut si nihil de his rebus loquātur aut audiant. Nam cum ipsi per se ætatis feruore ad uenerea rapiantur: nulla erit spes reliqua si malignus quoq; consilio comes accesserit: præcipue uero si nunquā ipsi erunt otiosi: sed semper in aliquo honesto membrorum aut animi labore detineātur. Otium enim ad libidines & ad omnem intemperantiā pronos efficit. Itaq; adolescentes nimia sospitate laborantes multo conueniet labore sanari. Nec uero his otium tantum sed & solitudo quoq; uehementer est inimica quæ infirmum animum assidua talium rerum cogitatione demulcet nec alio diuerti sinit. Vt enim qui desperatione tenentur solitudini minime credēdi sunt: ita & quibus uoluptate deuinctus est animus. Itaq; & ab omni fœditate ac nefaria turpitudine & prohibendi sunt & magno opere custodiēdi: nec nisi his cōmittendi: quorum mores & uita omnis perspecta sit: quorūq; non iam exemplo peccent sed auctoritate deterreantur. Quemadmodū enim teneris arborum uitgultis stipites alligant ne aut propria mole aut ui ulla uentorum deflecti possint: ita & iuuenibus adhibēdi sunt comites quorū monitis discāt & conscientia retrahantur & imitatione proficiant. Continendi sunt etiam ne in aliis que sunt circa uitam immoderatiores fiant. Nam supfluus cibus & potus & somni habundantiores ex consuetudine magis sunt nō quo uariis habitudinibus corporū. plus minusue deberi ex his rebus negem: sed quod in omnibus hominibus natura paucis adiumentis cōtenta sit: si necessitatem spectemus. si uoluptatē: nihil illi possit uideri satis. A uino uero in ea ætate maxime sunt arcendi: cuius nimius usus & ualitudini bonæ inimicus est & recte ratiōis usum magno opere pturbat. Qua in re nequaquā mihi uidetur improbāda lacedæmoniorum ratio: qui ebrios seruos exhiberi in cōuiuiis suis curabant: non quidem ut eorum insulsis sermonibus aut fœdis actibus delectarētur. nā inhumana uoluptas est damno hominis aut uitio delectari hominem: sed ut adolescentibus suis exemplo ostenderēt q̄ esset turpe temulentū uideri. Sunt igitur ut ab annis teneris assuescant ita potandi pueri ut illis magis aqua tēperetur q̄ limphetur uinum & tam sobrie quidem ac raro ut magis ad mollien dum cibum quam ad minuēdum sitim datus potus uideatur. Neq; enī decet quod non modo ad uirtutē sed ad bonam quoq; ualitudinem pertinet uentre cibum potumue metiri aut hibernis noctibus somnos æquare aut uolu

ptatibus modum satietate præfinire:sed ratiōe moderari omnia:& ita assuefie
ri ut iuueniles impetus frænare facile possimus arbitrariq; non omne quod p
potētiam uel occasionē facere liceat decere:ut facinus: ante omnia uero decet
bene institutum adolescentē rei diuinæ curam respectūq; non negligere eaq;
opinione imbui ab ineunte ætate. Nam quid erit illi inter homines sanctum:
cui diuinitas despecta sit:nec uero usq; ad aniles decet superstitiones prouehi
quod in ea ætate damnari plurimū solet & irrisioni patere:sed ad certum mo
dum:quanquā quis modus adhiberi in ea re potest in qua omne quod pos/
simus infra modum est.præcipue uero quod in omni ætate abominabile est
monendi sunt nō execrari diuina neq; sacra nomina irrisioni habere nec spōte
facile iurare. Nam qui temere iurant crebro deierare consueuerunt.Proxime
autem senibus ac maioribus natu plurimum reuerentiæ adhiberi conuenit:
eosq; parentum prope loco existimare.In quo erat romana iuuentus uetusto
more præclare instituta: quæ senatores quos patres appellabāt quā die habe
retur senatus deducebant in curiam:ibiq; assidui præ foribus aderāt.dimissoq;
senatu reducebant frequentes domum:quæ nimirū erant rudimenta constan
tiæ patientiæq; in prouectiori ætate prestandæ. Qui ergo iuuenes libentes se
nibus hærent nec ab his facile discedunt a quibus proficere possunt.hi non te/
mere uelle uidentur ætatem uirtute præuenire. Instituēdi sunt præterea quo
pacto deceat admittere ueniētem quo abeuntes dimittere ut oporteat uerecū
de salutare maiores minores humaniter colligere.Amicos beniuolosq; fami/
liariter cōuenire. Que cum in omnibus apte sedeāt:tum uero in principibus
& eorum liberis speciosa uidentur & notantur in his maxime in quorum mo
ribus atq; omni uita facilitas quidē amari solet:grauitas uero laudari. utrobiq;
tamen uerendum est ne uel hec in agrestem sæueritatē aut illa in scurrilem le/
uitatem exeat.Hec autem ita consequi poterunt si se facile quisq; argui mone/
riq; patiatur:quæ ratio in omni ætate & causa atq; cōditione salutaris est.Nam
ut obiecto speculo faciei nostræ mendas cognoscimus: ita & castigatibus ami
cis errores perpendimus animi:qui proximus est emendationē locus. Hi autē
facillime deceptioni patent qui nihil audire possunt quod contristet.Imbecil
lis est enim stomachi ferre non posse nisi delicata.decet itaq; & male dicentes
pati posse & obiurgantes audire. Nam qui se non patitur præsentē argui non
facile solet cum est absens defendi. Verum eos maxime qui sublimiore sunt

fortuna & in quorum manibus urbium populorumq; ius est decet nõ modo fa-
cile sed etiam libenter bene monentibus audire quanto & ipsi per multam li-
centiam proniores sunt ad peccandum: & eorum peccata obesse pluribus so-
lent: & eo quidem magis curandum quod pauci sunt qui dicere eis quod ue-
rum decensq; sit audeant pauciores qui uelint audire: nam qui uult uerum au
dire facile inuenit a quo audiat. Itaq; mirum uideri potest: si sit quispiã bonus
aut sapiens in potentatu ac magnis fortunis natus nec aduersum unquã casum
expertus. & si quis hic huiusmodi hunc pro quodam quasi terreno deo aman
dum colendumq; existimo: quippe cum inter affluentiã rerum ad omnes uo
luptates suppetentium ad facultatem assequendi quæcunq; cupierint & adula
torum ingẽtem copiam qui solent ex stultis insanos facere uix rationi ac recto
iudicio uacat uspiam locus. Id pulchre Plato sentiebat & cõmode paucis uer
bis significauit quem nos locum hunc ad uerbum ex Gorgia transferamus.
Difficile est enim inquit & plurimum laude dignum in magna peccandi licẽ
tia iuste uixisse. Sed & nimia quoq; parentum indulgentia emolire atq; ener-
uare adolescentes consueuit quod in his plærumq; manifestum est qui sub ui
duis matribus per delicias sunt enutriti. Placet igitur quæ est apud quasdam
gentium consuetudo: ut liberos suos aut extra ciuitatem aut certe extra domũ
apud cognatos suos amicosue educari curent: quos & si plærũq; indulgentio-
res inuenerint: hoc ipsum tamẽ quod in aliena domo uiuere se intelligunt so
lutiorem illis licentiã adimit: & melioribus studiis quæ liberalia dicimus intẽ
tiores reddit de quibus tempus est iam nos dicere.

Que sint liberalia studia quibus institui adolescentes debeant.

Liberalia igitur studia uocamus que sunt homine libero digna: ea sunt quibus uirtus ac sapientia aut exercetur aut quæritur quibusq; corpus aut animus ad optima queq; disponitur: unde honor & gloria hominibus queri solet: quæ sunt sapienti prima post uirtutem
proposita præmia. Nam ut illiberalibus ingeniis lucrum & uoluptas pro fine
statuitur: ita ingeniis uirtus & gloria. Oportet igitur a prima infantia his intẽ-
dere & ad sapientiã omni studio conari. Nam si nulla est priuatarum artiũ etiam
earũ que minus acuminis exigũt q̃ excellenter assequi qs possit nisi ab teneris
annis illi incubuerit. qd de sapiẽtia iudicabimus: q̃ tam multis magnisq; rebus

constat & in qua arte totius uitæ præcepta rationesq; continẽtur non erimus profecto quoniã sapientes & haberi & esse omnes uolumus : non erimus inq̃ in senectute sapiẽtes nisi iuuenes primũ bene sapere cœperimus. Nec uero su scipiendũ est quod omnibus pene uulgo usurpatum est : ut existimemus eos qui iuuenes supra ætatem recte sapiant maiores factos desipere aliquando so lere:quanquã & hoc quibusdam nõ abhorreat a phisica ratione quibus cum impuberibus sensus uigeant crescente postmodum ætate marcescãt. Quo in genere recte est senex quidam ab adolescente cõfutatus : obscurum est autem utriusq; nomen:cum eni is præter ætatem prudens probusq; haberetur seniq; ad miraculum illum ostenderent. Erit igitur inquit in senectute demẽs: qui sit in adolescentia tam sapiens & ita quidem uoce sublata ut adolescens audiret. Ille uero innati acuminis nihil oblitus atq; in eum protinus conuersus:tu ergo inquit præclare in adolescentia sapiens extitisti suisq; illum (ut aiunt) armis cõfodit. Et est quidem ex natura in plærisq; iuuenibus tanta ingenii celeritas ad intelligendum & ad inuestigandũ tantum acumen ut uel siue multa doctrina de rebus maximis loqui possint sententiasq; dicere grauissimas:quorum ingenita uis si eruditione corroboretur iuueturq; disciplina summos uiros parere ea res solet. Vt igitur ii diligenter curandi sunt ita nõ negligẽdi:qui mediocri ualẽt ingenio:quin uel hoc potius iuuãdi:quod est in eis uis naturæ defectior omnes tamen a puericia studiis laboribusq; mancipandi sunt:dum faciles animi iuuenum dum mobilis ætas: ut est Maronis uersus atq; eo magis tunc insistendũ quo ætas illa eruditioni aptior est quã cætere:quanquã in omni ætate discendum est nisi fortasse turpius aliquãdo est discere q̃ nescire. Quod cõtra iudicauit Cato ille portiæ familiæ princeps q latinas litteras prope senex græcas iam certe senex edidicit:nec credidit seni turpe discere quod esset pulchrũ homini scire. Socrates etiam tantus philosophus iam ætate prouecta fidibus operam dedit digitosq; suos magistro formandos commisit: cum nostros interea iuuenes si placat deo pre mollicie discere pigeat & uix dum ablactatos pudeat sub magistro esse:qui tamẽ iudicio proprio minime cõmittendi sunt: sed uariis artibus ad bona rectaq; studia inducendi sunt. Nam alii quidẽ laude & per speciẽ honoris alii munusculis blanditiisq; alliciẽdi minis. alii flagellisq; cogendi erũt. Atq; hec quidem omnia ita rite pensanda rationeq; moderãda ut & in eodem ingenio uicissim his artibus præceptores utantur : & cauẽdum

ut neq; nimium illis facilis neq; nimium seueri sint nam ut nimia licētia bonā
indolem soluit ita grauis & assidua castigatio ingenii uim eneruat: naturæ que
igniculos in pueris extinguit qui dum timēt omnia audere nihil possunt: fitq;
ut pene semper errent dum in singulis rebus errare se timent. Maxime uero
in quibus superabūdat nigra colera laxius continēdi erunt: eosq; plurimū suo
arbitrio permitti conueniet & libertate iocisq; oblectari: in quo genere cōple
xionis nō omnes quod Aristoteles uoluit: sed plurimi certe igeniosiores sunt:
uerum euenit ut plæriq; ingenio liberali prediti dum recta studia sequi contē
dunt aut manu iniecta reuocātur: aut quibusdam oppositis quasi repagulis in
ipso cursu subsistere coguntur aut alio diuertūtur. Plurimis enim angustia rei
familiaris impedimēto fuit: quæ liberum animū & ad meliora natum questui
coegit inseruire: tametsi per extremas difficultates generosa natura solet in al/
tum emergere: & magis ꝓfusa rerū copia q̄ summa inopia bonis ingeniis no
cere cōsueuit. Cum de his nō sine indignatione dici soleat. O quam magnus
hic erat futurus uir si in minoribus esset fortunis natus. quibusdā parētum im/
perium & ab infantia suscepta consuetudo obstitit. Nam & quod minoribus
nobis consuetū est facile id maiores facti sequi solemus & pueri libēter paren
tum studiis quibus innati atq; innutriti sunt dari se patiūtur. Sed & id quod ē
in ciuitatibus consuetū plurimum sequimur tanquā sit id optimū factu quod
cæteri & probant & faciunt. Ergo difficillima omniū est ea deliberatio: nam
aut libera nō est aut ad eam nō nisi falsis opinionibus imbuti ex mala cōsuetu
dine & hominū peruerso sermone uenimus. Datum tamen est quibusdā mu
nere dei singulari ut ipsi per se rectā uiam sine ullo duce & inire & tenere po
tuerint. Paucis illis quidem & quos equus (ut ait poeta.) Iupiter amauit aut
etiam genuit ut fabulis quoq; aliquid demus. Qualem in primis Herculē ac/
cepimus quod & græci tradunt & latini post eos meminerūt. Hic eni cū duas
cerneret uias unam uirtutis alteram uoluptatis: forte id ætatis agens quādo de
tota uita deliberatio sumenda est in solitudinē secessit: ibiq; multū ac diu secū
cogitans ut est ea ætas imbecili iudicio cōsilioq;: uirtutem tandem reiecta uo/
luptate complexus est. V nde sibi ꝑ multos ac graues labores opinione homi
num iter in cælum extruxit. Ita igitur ille nobiscū autē bene agitur si preceptis
manuq; deducimur: ut probi simus aut siqua ui etiam necessitateq; ad id coga
mur. Est eni fœlix necessitas que cogit ad bonū. Quāquā & tibi quoq; V ber

ine id uideo in parte contigiſſe. Cum enim ſunt ex ſtudiis atq; artibus homi-
num duæ precipue quæ & ad excolendã uirtutẽ & ad parãdam gloriam ma-
xime ſunt affines. Armorum uidelicet ac litterarum diſciplina: liceretq; tibi p
parẽtis indulgẽtiam ſolam militarem quæ familiæ ueſtre prope peculiaris eſt
proſequi: tu utranq; ita es & induſtria & ſtudio tenaciter complexus ut æqua-
libus tuis lõgo interuallo poſthabitis cum maioribus quoq; certare in utroq;
laudis genere poſſis. Probe igitur facis qui & militarem diſciplinã in qua ſem
per tui maiores excelluerunt non negligis & ad ueterem hanc domeſticã glo
riam nouam etiam litterarũ laudem adiicere temptaſti. Neq; enĩ imitari eos
ſtudes. Eſt autem horum noſtris temporibus turba ingens; qui ſibi opinionẽ
doctrinæ ut dedecus abhorrent aut Licinii quondam romanorũ imperatoris
ſentẽtiam probant qui litteras uirus ac peſtem publicam appellabat. Multo
magis quod ille ait beatas fore res publicas ſi uel ſtudioſi eas ſapientiæ rege-
rent uel earum rectores ſapiẽtiæ ſtudere contigiſſet. Et quidem quod uerum
eſt litterarum diſciplinæ neq; dementiã adimunt neq; malignitatẽ quin ma-
gis ut eos qui ad uirtutem & ſapientiam nati ſunt magno opere adiuuant ita
perſæpe ſunt aut inducia ſtulticiæ detegendæ aut inſtrumenta pernicioſioris
iniuriæ. Nam & Claudiũ ne a Romanis principibus diſcedamus: ſane doctũ
accepimus: & Neronem eius priuignũ atq; in principatu ſucceſſorẽ eruditum
in primis fuiſſe cõſtat: quorũ prior inſignis uecordiæ fuit alter crudelitate atq;
omnibus flagitiis contaminatus. Qui tamen ſub obtentu clæmentiæ dixit ali
quãdo optare ſe litteras neſcire quod & optandũ ſibi profecto fuerat ſi modo
non alia ratione quam litterarum ignarus eſſe clæmens potuiſſet. Sed opinor
eum ſi & litteras quoq; quæ male apud ſe habitabãt eiicere ſibi prorſus licuiſ-
ſet tam mature ac libenter facturũ fuiſſe: q̃ illam ſimulatã ad tempus clæmen-
tiam exuit ne cui uirtutũ aut bonarũ artium reliquus in ſe locus eſſet. Contra
uero Iacobus Carraria proauus tuus & prudens uir & princeps magnanimus
ipſe quidem nõ magno opere doctus: mirum tamen in modũ doctos coluit:
ut id unum fortunæ ſuæ defuiſſe indicaret quod nõ eſſet quãtum modeſtum
hominẽ optare liceat eruditus & in ſenectute quidem optare liceat: conſequi
uero non facile niſi ab initio ætatis ſtudio laboreq; nobis doctrinam paraueri
mus. Paranda ſunt igitur in iuuentute ſolatia quæ honeſtã ſenectutẽ poſſint
oblectare. Nam quæ ſunt iuuentuti laborioſa ſtudia ea erunt iucũda otia ſe-

nectati. Et sunt in hac re sane magna presidia siue cõtra languidum torporem remedium quæramus siue sollicitis occupationibus solatium. Nam cum duo sint genera uitæ liberalis unum quod totum in otio ac speculatione est: alterũ quod in actione negotioq; cõsistit. In priore quidem quã sit necessaria cognitio usus q; scripturarũ neminẽ existimãdum est latere. In posteriore uero quã sit utilis facile hinc dignosci potest. Nam qui ad res gerendas animũ applicãt omitto quantum & præceptis illorum qui scripserunt & eorum exemplis de quibus scribitur prudentiores fieri possunt: sed siue rempublicã administrent siue foris in bellis aut domi in suis amicorũq; negotiis uersentur non habent fatigati qua alia in re iucundius acquiescere ualeant. Cum etiam incidant tẽpora & horæ in quibus ab huiusmodi rebus uacare necesse est. Nam & a republica sæpe inuiti prohibemur & nõ semper geruntur bella & singuli dies noctesq; aliquid habent quo domi cõtineri & esse seorsum oportet. In hoc igit tempus cum nihil nobis per otium agere foris licebit: lectio libriq; succurrẽt nisi prorsus somno indulgere aut inerti otio tabescere uolumus: aut morẽ imitari Domitiani principis qui singulis diebus certis horis secretus ab omnibus stilo ferreo muscas insectabatur. Fuit hic quidem Vespasiani filius. Titi uero minor natu frater utriq; profecto longe impar imo uero tanto omniũ teterrimus quanto Titus probissimus est omniũ habitus: quem historiæ delicias humani generis appellauere. Itaq; & eius memoria tam celebris est q̃ illius execrabilis. Libero & enim iudicio de rebus uitaq; hominũ posteritas utitur: quæ nec uituperare improbos metuit: nec laudes inuidet benemeritis. Qua quidẽ in re magna est ut uidemus prerogatiua principibus. Imo uero ꝓpe dixerim necessitas proposita bene gerẽdarum rerum: si iudiciũ hominũ & famæ apud posteros æternitatẽ spectare uelint: nam in cæteris quidem humilioribus magna ui ac uirtute opus est: ut in lucem emergant: & eorũ peccata suæ sortis obscuritate tegãtur. In principibus uero & magnis uiris probitas siue quod rara sit in multa fortuna ac propterea magis admirationi habetur siue quod ex fortunæ splendore magis illustretur: ea uel si modica est præclara atq; insignis habetur: male facta autẽ nec latere quãuis secreta possunt: nec cognita diu taceri: illi enim ipsi qui aut ministri sunt uoluntatũ aut socii criminũ cõsciiq; factorũ efferunt & primi dãnant. Quo in genere eius ipsius Domitiani dæmẽtiam e cubiculariis unus urbano schõmate notauit. Aliquãdo.n. interrogatus: essetne

quisquam cum domitiano intus: respōdit ne musca quidem quasi ille studio suo oēs sustulisset: huic eius occupatiōi tam indecore uenia forte posset indulgeri: si modo cōstaret quidnam p hyemen solus agere consueuisset: aut si non maiore odio ex tetris facinoribus quá ex hoc aucupio tam fædo irrisione se dignum prebuisset. Nam quod Scipio dicere de se solebat nunquá minus solū aut ociosum esse q̄ cum ociosis aut solus uideretur: nō facile cuiuis potest contingere sed solis magnis ingeniis atq; excellēti uirtute præditis: tametsi nihilo mihi uidetur minor qui cōtra & in turba solitudinē seruare potest & in negocio quietem: quod de Catone quidem scriptū est: qui interea dum senatus cogeretur lectitare in curia libros frequēs solebat. Vnde nimirū & in rem præsētem & in omne tēpus saluberrima patriæ consilia dictabat. Quod si præterea alius nullus ex litterarum studiis fructus haberetur: qui utiq; & plurimi sunt & maximi: satis tamen abunde magni uideri debet res momēti: quod interea dū attēti legimus a plærisq; auocamur: quæ nō possemus aut sine turpitudine cogitare: aut reminisci sine molestia. Nam siqd est aut in nobis ipsis: aut in fortuna nostra: quod nos offendat: hac facile ratione leuamur. Præter id quod mirabiles uoluptates in animis hoīum doctrinarū studia pariūt & uberrimos afferunt in tēpore fructus: siquādo in boná mentē & ei culturæ idoneam tale semen inciderit. Ergo cum soli sumus ab oībus & cæteris curis uacui: quid agere melius possumus: q̄ libros conuenire: ubi sunt oia uel amœnissima ad cognoscēdum: uel ad bene sancteq; uiuendū efficacissima? Nam cū ad cætera quidē plurimū ualent: tum uero maxime ad saluādum uetustatis memoriá necessaria sunt monimēta litterarū: quibus res hominū gestæ fortunæ euētus insperati nature insolita opera & super his omnibus rationes temporum continētur memoria: et eni hominū & quod trásmittitur p manus sensim elabitur & uix unius hominis euū exuperat. Quod autem libris bene mandatum est perpetuo manet nisi pictura forsitan aut excisio marmorū: aut fusio metallorū. pōt etiam tale quidam præstare. uerum ea nec signát tēpora: nec facile uarietatem indicant motionū & exteriorē tantum habitū exprimunt ac labefactari facile possunt. Quod autem litteris traditur: nō modo hæc que dicta sunt efficit sed & sermones quoq; notat & cogitatus hominū effingit: ac si pluribus exēplaribus uulgatū est nō facile potest interire: si modo & dignitas accedat oratiōi. Nam quæ sine dignitate scribūtur: ea nec sortiūtur fidē nec subsistere diu pos/

sunt. Que igitur potest esse uita iucũdior aut certe cõmodior q̃ legere semper aut scribere: & nouas quidem existẽtes res antiquitatis cognoscere. præsentes uero cum posteris loqui atq; ita omne tempus quod & præteritũ est & futurum nostrum facere. O preclaram supellectilem librorum inquã (ut nos) & o iucũdam familiam (ut recte Cicero appellat) utiq; & frugi & bene morigeram: non enim obstrepit: non inclamat nõ est rapax: non uorax: nõ contumax. Iussi loquuntur & item iussi tacẽt: semperq; ad omne imperium presto sunt a quibus nihil unquã nisi quod uelis & quantum uelis audias. Eos igitur quoniam nostra memoria non est omnium capax: ac paucorum quidem tenax: & uix ad singula sufficit secũdæ memoriæ loco habẽdos asseruandosq; censeo. Nam sunt litteræ quidem ac libri certa rerum memoria & sibilium omnium cõmunis apoteca. Idq; curare debemus ut quos a prioribus accepimus si nihil ipsi ex nobis gignere forte possimus integros atq; incorruptos posteritati trãsmittamus. eoq; pacto & his qui post nos futuri sũt utiliter consulemus. & his qui preterierũt uel unam hanc suorũ laborũ mercedem repensabimus. In quo iuste forsitan possumus quoddam seculũ proximasq; superiores ætates accusare. Indignari quidem licet: proficere autẽ nihil quod tam multa illustrium auctorũ præclara opera deperire passi sunt. Et quorũdam quidem nomina sola summis cum laudibus ornata alioꝶ etiã pars uigiliarum & fragmenta quædam operum ad nos peruenerũt: unde fit ut ex splẽdore laudum ac nominis opera desideremus illorũ. Horum uero reliquos labores deperisse indignemur ex earũ rerum quæ superant adhuc excellentia ac dignitate tametsi ea ipsa in plærisq; partium suarũ tam uitiose correcta quædã etiam intercisa ac mutilata susceperimus ut pene melius fuerit ex his nihil ad nos peruenisse. Sed in hac iactura que maxima est nõ debet id minimum uideri quod res plurimas nostras atq; ita labefactata cognitione dignissima pro magna parte latere nos cõtingit: quorum noticia cum libris simul ac monumẽtis eorum periit. Sicq; qui barbarorum res gestas nouimus plærasq; ex nostris casu librorum ignoramus. Et est eo deuentum: ut latinæ quoq; historiæ & cognitionẽ & fidem a græcis autoribus exigamus. Plurima nãq; talium: quæ apud nos sunt: aut anguste perscripta: aut prorsus incognita late apud eos diffusa reperiũtur: quanquam & ea ipsa græca oratio quæ nostris maioribus esse quõdam domestica ac perfamiliaris solebat

apud suos pæne interiit: apud nos uero prorsus extincta est: nisi pauci quidã qui hac ætate illi incubuerunt: iam e sepulchro in lucem reuocẽt. Sed redeo ad historiã cuius eo grauior est iactura quo eius rei cognitio & utilior est & iucundior. Nam liberalibus quidem ingeniis & his qui in publicis rebus & hominum cõmunitate uersari debẽt conueniẽtiora sunt historiæ noticia & moralis philosophie studium. Cætere quidem enim artium liberales dicũtur: qa liberos homines deceãt. Philosophia uero idcirco est liberalis quod eius studium liberos homines efficit. In hotum igitur altero præcepta quid sequi: quidue fugere conueniat in altero exempla inueniemus. In illa enim omnium hominũ officia reperiũtur & quid quẽq; deceat. In hac uero quid factum dictũue sit suis quoq; temporibus adiiciẽdum est. Ad hæc (ni fallor) & tertium id est eloquentiam quæ ciuilis scientiæ quedam pars est. Per philosophiam siquidem possumus recte sentire quod est in omni re primum. Per eloquentiam grauiter ornate dicere qua una re maxime conciliãtur uultitudinis animi: per historiam uero in utrũq; iuuantur. Nam si senes idcirco prudentiores iudicamus: eosq; libẽter audimus: quod per longam uitam & in se multa experti sunt: & in aliis plæraq; uiderunt atq; audierunt. Quid de his est iudicandum qui multorum sæculorũ res cognitu dignas memoriter norunt: & ad omnem casum proferre illustre aliquod exemplum possunt. Ex quibus id efficitur quod est summi uiri & omniuo excellentis ingenii: ut & optime quis dicere possit & studeat quãoptime facere. Erant autem quattuor quæ pueros suos græci docere consueuerunt litteras luctatiuuam: musicam: & designatiuam quã protractiuam quidem appellãt. De luctatiua & musica dicetur postea. Desinatiua uero nunc in usu non est pro liberali nisi quantum forsitam ad scripturam attinet. Scribere nanq; & ipsum est protrahere ac designare: quo ad reliqua uero penes pictores resedit. Erat autem nõ solum utile sed & honestum quoq; huiusmodi negocium apud eos ut Aristoteles inquit: nam & in emptionibus uasorum tabularum que ac statuarũ quibus Græcia maxime delectata est: succurrebant: ne facile decipi ꝑtio possent & plurimum conferebat ad deprehẽdendã rerum quæ natura cõstant: aut arte pulchritudieẽ ac uenustatem: quibus de rebus pertinet ad magnos uiros & loqui inter se & iudicare posse. Litterarum uero magnus est semper frustus & ad omnem uitam & ad omne hominum genus: præcipue uero stu

diosis earum ui ad accipiendam doctrinam:ita & ad confirmandũ eius habi
tum reuocãdamq; ipsorum lapsorum memoriã. Ante omnia igitur si quid
proficere de doctrinis uolumus congrui sermonis habenda est ratio & curã
dum nedum maiora proseqmur turpiter in minoribus labi uideamur:pro/
xime huic disputandi ratio adhibẽda est:per quam in una quaq; re quid ue
rum falsumue sit facile argumentando quærimus : ea cum sit discendi scien/
tia sciendiq; disciplina ad omne doctrinarum genus uiam facile aperit. Rhe
torica uero tertia est inter rationales disciplinas per quã artificiosa quæritur
eloquentia:quam & tertiam posuimus inter præcipuas ciuilitatis partes:ue/
rum ea cum nobilium hominũ studiis celebrari olim consueuisset:nunc poe
ne; prorsus absoleuit.nam a iudiciis quidem eiecta penitus est:ubi nõ perpe
tua oratione sed inuicem dialectico more adductis in causam legibus contẽ
ditur. In quo genere plæriq; quondam ex romanis adolescẽtibus magnam
gloriam sunt assecuti aut deferendis sumptibus reis:aut defendendis insonti
bus. In deliberatiuo uero genere iam apud principes & rerũ dominos nul/
lus est ei locus:quoniam paucis expediri uerbis sententiam uolunt & nudas
afferri in consiliũ rationes in populis qui uel sine arte copiose dicere possunt
clari habentur. Demonstratiuũ restat genus quod ut nusquam est usu subla
tum:ita uix usquam ratione inuenitur. Nam in faciendis orationibus his arti
bus utuntur fere omnes quæ contra artem bene dicẽdi sunt:quæ cum ita sint
elaborandum est tamen ei quem uolumus esse bene institutum:ut in omni
genere causarũ ornate copioseq; possit ex arte dicere. Proxima huic est poe
tica cuius studium & si cõferre plurimum & ad uitam & ad orationẽ potest:
ad delectationem tamen magis uidetur accõmodata. Ars uero musice.nam
& ea audientem delectat magno quondã apud græcos honore habebatur:
nec pntabat᷑ quisq̃ liberaliter eruditus nisi cantu & fidibus sciret. Quãobrẽ
Socrates ut ipse senex didicit ita ingenuos adolescẽtes erudiri in his iussit nõ
quidẽ ad lasciuiæ incitamentũ : sed ad motus aĩe sub regula rationeq; mode
rando s:ut eni non omnis uox sed tantũ quæ bone cõsonat ad soni melodiã
facit:ita & motus aĩæ nõ oẽs:sed qui rationi cõueniũt ad rectæ uitæ armoniã
ptinent.uerũ cũ ad remissionẽ aĩ sedãdasq; passiones plurimũ ualeat modu
latiõis usus:tũ uero eius disciplinæ cognitio digna ẽ igenio liberali secũdũ q̃
rõem speculamur sonoꝶ uarias naturas ac ptãtes:ex qbus iuicẽ pportiõibus

consonantias dissonantiasq; causari contingat. Queadmodum & de nume ris ratio quæ arithmetica dicta est & de magnitudinibus que geometria est appellata in quibus secundū uarias relationes parium uel imparium & item linearum superficierum aut corporum uariæ species numerorum magnitu dinumq; constituūtur: multaq; his inesse propria demonstrantur: quæ co/ gnitio iucundissima est & præcipuam in se certitudinem cōtinet. Sed & illa quoq; pulcherrima est: quæ de siderum motibus magnitudinibus ac distan tiis pertractat. Euocat enim nos ab his tenebris & crasso aere & in superiorē illam lucidissimam domum tot luminaribus distinctam oculos atq; animū inducit: in quam aspicientē iucundum est & fixarum stellarum imagines di scernere & erraticas suis locis nominibusq; denotare: earūq; cōiunctiones & item solis lunæq; defectus. Lōge ante præuidere atq; predicere: maxime ue ro scientia de natura que intellectui humano consona atq; cōformis est: per quam naturaliū rerum animatarum inanimatarūue principia passionesq; & eorum: quæ celo & mundo continētur motum ac transmutationum cau/ sas effectusq; cognoscimus ac multorum quidem possumus causas reddere quæ uulgo miranda uideri soleant. Que cum omnia iucundū est intelligere tum maxime negociari circa eas que in aere & circa terram fiūt impressiones iucundissimum est. Aeq; uero & quæ his annexe sunt cognitiones pulcher/ rimas inquisitiones habent ut est perspectiua & de pōderibus tradita ratio. Et quoniam quidem dicēdo hactenus prouectus sum: reliquas quoq; disci/ plinarum attingam. Medicina igitur est cognitu pulcherrima & ad salutem corporum cōmodissima uerum exercitium habet minime liberale. Legum peritia publice priuatimq; utilis est & magno ubiq; honori habetur & ipsa quidem a morali philosophia deriuata est quemadmodū ab naturali medi cina. Quam ut honestum est aut audiētibus interpretari aut in iure disceptā tibus de iure consultum aperire: ita est indecorū tractantes causas pretio cō/ uentioneq; operas uendicare. Scientia uero diuina est de causis altissimis & rebus: quæ sunt semotæ a nostris sensibus: quas intelligentia tm̄ attingimus. Principales itaq; disciplinas fere cōnumerauimus omnes non quo unicuiq; oēs necessario apprehendendæ sint: ut doctus tandem aut sit aut habeatur. Nam & singulæ totum sibi hominem uendicare possunt & utrūq; est uirtu tis opus ut modestas opes ita & mediocrem posse pati doctrinam: sed ut ad

quam quisq; aptissimus erit eam potissimũ amplectatur: quãquam ita sunt coniunctæ doctrinæ omnes: ut nulla quæuis: ignoratis prorsus aliis egregie percipi ualeat. Sed ingeniorũ diuersa sunt genera: quædam enim facile inueniunt in una: quaq; re argumentũ & modũ quo suum propositum inferant. Quædam uero tarda sunt ad inueniendũ uerum solida ad diiudicandum: & priores quidem illi: quibus ita est ingeniũ ad opponendũ aptiores sunt: posteriores uero ad respondendũ. Item illi ad poeticam faciũt & ad rationales scientias: hi uero ad reales. Sunt autem & alii ingenio quidem ueloci: lingua uero sermoneq; tardiores. & hi ad compositũ sermonẽ orationẽq; rhetoricã ualere uidentur. In utraq; uero imprompti ad dialecticas disputationes præclare faciunt: quibus autem sermo uelocior est q̃ ingeniũ idest lingua quidẽ sunt prompta: ingenio uero tardo ad neutrum genus ualent orationis. Amplius in quibusdã memoriæ uis multa uiget: & hi ad cognitionẽ historiarũ ualent & comprehẽdenda legum ampla uolumina. In quo scire nos oportet memoriã præter ingeniũ ualere: nõ multum ingeniũ uero sine memoria prope nihil. Quantum quidem ad disciplinas attineat: ad agibilia uero contra: propterea quod mandari scriptis uice memoriæ acta res agẽdaq; possit. De doctrinis autem nõ uidemur id scire quod nõ memoriter scimus aut nõ facile reminisci possimus. Sunt preterea quibus est uis animæ ab sensibilibus & materialibus rebus abstracta & separatis atq; uniuersalibus apprehendendis aptior alii contra circa particularia discurrere & negociari sunt proniores & hi quidem ad prudentiã & ad naturalem scientiam. Illi uero ad mathematicas faciunt & ad diuinã quæ metaphisica dicitur. Preter hec autem cum duplex sit intellectus speculatiuus & practicus: ut quisq; secundũ alterũ potior erit ita conueniẽtia illi studia sequi debebit. Sunt insuper limitata & quẽadmodum in iure dicunt glebe ascripta quædam ingenia quæ cum cæteris imbecillia sint in uno tamẽ aut altero ualent eximie ea autem sola sunt illis permittenda in quibus solis plurimũ posse iudicantur. Verũ Aristoteles quidẽ uoluit liberalibus scientiis nõ nimis indulgendũ nec immorandũ esse ad pfectionem quidem ciuilem hominũ uitam negotiosamq; respectans. Nam qui totus speculatori & litterarũ illecebris deditus est: is est forsitan sibiipsi carus at parum certe utilis urbi aut princeps est aut priuatus. Ac de doctrinis quidẽ & ingeniis ac utrorũq; generibus ita uidetur definiendũ in quibus est

id ante omnia animaduertendũ quod non modo maiora illa precepta quæ prouectioribus tradũtur:sed & prima quoq; artiũ eleméta ab optimis præ/ceptoribus accipere cõuenit:& ex auctoribus librorũ nõ quibuslibet passim immorari:sed optimis qua ratione & Philippus rex macedonũ primas litte ras ab Aristotele discere Alexandrum uoluit & ueteres romani suos liberos schole mãcipantes in Virgilio primũ erudiri curabãt optima utriq; ratione. Nam quod teneris mẽtibus insitũ est alte radices mittit : nec facile postea ul la ui diuelli potest:ergo si melioribus in initio assueuerint illos habebũt pre cipuos & ueluti ducibus semp utẽtur. Sin uero errores ullos imbiberint his duplici tẽpore opus erit:primũ ut errores excutiant ac deinde ut uera præ/cepta condiscãt. Quãobrem Timotheus musicus suo tempore illustris qui ob multiplicatas in cithara chordas & nouorũ modorũ ad inuentionẽ. Spar ta iussus est exulare:ab discipulis quidẽ qui nihil apud alios profecissent cer tam paciscebatur mercedem. Ab his uero qui ex aliis quidpiã ediderant du/plam exigebat. In discẽdo autẽ solet esse plærisq; impedimẽto:id quod ma/gno adiumẽto esse debuerat multa uidelicet cupiditas discendi:qua fit ut dũ omnia pariter cõplecti uolũt nihil tenere ualeãt:ut eni supfluus cibus nõ nu trit:sed stomachũ quidem fastidio afficit: reliquũ uero corpus aggrauat atq; infirmat. Ita multa rerũ copia simul ingesta memoriæ & facile i præsenti ela bitur & in futurũ imbecilliorẽ uim eius reddit. Semper igitur multa legãt di sciplinæ studiosi sed pauca quottidie deligãt:quæ dequoquere eorum me/moria possit. sicq; tria aut quattuor pluraue ut cuiusq; uis erit:aut otium pro eius diei præcipuo lucro seorsum reponãt. alia uero legẽdo id consequẽtur ut quæ iam didicerũt:meditatione saluẽt. que uero nondũ:quottidie magis familiaria sibi legẽdo faciant. Huic autem nimiæ sciendi discẽdiq; cupiditati coniuncta solet esse inordinata quedã curiositas inuestigãdi. cum eni multa de singulis asciscere student:uariis uno tẽpore disciplinis incũbunt. & nunc illac nunc hac referũtur aut nũc quidẽ unam uiribus totis amplectũtur. Inde uero ad modicũ illa reiecta aliam atq; aliam: Que res nõ modo prorsus inu tilis est sed uæhemẽter etiam dãnosa. Nam ut in re est & prouerbio dicitur acescunt uina que sæpius transuasantur. Itaq; imorari uni rei decet & eam oĩ studio prosequi disciplinasq; eo ordine capere ac tentare quo sunt a suis au ctoribus traditæ. Nam qui libros inordinate legũt nunc a fine faciẽtes initiũ

nunc media intelligẽtes & quod primũ esse debuerat postremũ accipiunt. Hi autem temere nihil aliud legendo proficiũt q̃ ut omnia neglexisse uideã tur. De libris autem: qui sunt eiusdẽ disciplinæ ita quidẽ ꝑmultos uersari cõ uenit ut meliores semp̱ præcipuos habeamus. Nec uero par omnibus labor suscipiendus est: sed unicuiq; pro modo rationeq; ingenii sui. Est enim (ut sic dixerim) in quibusdã ingenii quidẽ acies plumbea: in quibusdã uero ferrea. quibus est plũbea siquidẽ & obtusa est parum ad disciplinas ualent: quibus uero est ingenii acies acuta quidẽ sed mollis & quæ facile retundi possit. Hi inter studendũ crebris interpollationibus indigẽt qui nisi primo impetu pe netrent quo uolunt quãto de hinc magis intẽderint magis hebescunt. Qui uero ferreũ sortiti sunt ingeniũ siquidẽ & acutũ his nihil imperiũ est nisi eo perrũpere uelint ubi frangi omnia necesse est. Sin uero obtusum assiduo ta men studio difficultates oẽs euincunt. Itaq; si quid nõ intellexerint nõ proti nus respuant quod superborũ est: aut quod pusillis euenit animis. desperẽt: magis autẽ in intẽtione perseuerẽt. Sed & illud quoq; per plurimũ uerum ẽ acutiores ingenio minus ualere memoria & qui celeriter capiunt retinẽt mi nus. Ad saluandã igitur confirmandãq; memoriã maxime affinis est illa Ca tonis ratio: qua uti se dicebat ut quicquid die egerat: uiderat: legerat: uesperi cõmemoraret tanquã diurni a se negotii rationẽ exigẽs nõ modo qui nego tii sed & otii quoq; uolebat addendã esse rationẽ. Ita igitur & nos oĩa quidẽ si possumus reminisci curabimus: si minus ea saltem quæ præcipua nobis de legimus tenacius cõplectemur. Proderit autem & de cõmunibus studiis una cum sodalibus crebro cõferre. acuit enim ingeniũ disputatio: linguã erudit: memoriãq; confirmat: ac nõ modo multa disputãdo discimus sed & quæ sic discimus melius scimus aptius eloquimur & firmius recordamur. Sed & ali os quoq; docendo quæ didicimus nõ parum & ipsi iuuabimur. Optimum namq; proficiendi genus est docere quæ didiceris. Verum euenit omni bus fere discentibus: ut siquid ab initio bene profecerint protinus magna sese de disciplinis consecutos arbitrentur: & iam quidem ut docti dispu tent: sententiasq; suas obnixe tueri uelint: quod eis plurimum officit. Pri mus etenim ad disciplinas gradus est posse dubitare: nec est quicquam di scentibus tam inimicum: q̃ ut nimis de propria eruditione præsumant: aut de ingenio sibi confidant. Quorum alterum discendi curam tollit:

alterum minuit:sic enim ipsi se fallunt:in qua re minime necesse est. Nemi/nem autem facilius est fallere q̄ seipm neminē dāno maiore decipimus. Fit autem id ideo quoniā nondum diuerticula & anfractus ac precipitia que in scientiis latitant:perpendere inexpertis licuit. Quibus euenit ut aut de libris plæraq; male corrigant:quæ bene per se nequeunt intelligere:aut imperitiā scriptorū negligentiāue culpantes multa sponte prætereāt nō intellecta:uerum eas opiniones studium & perseuerantia excutiet. sicut autem cōmode omnia si rite tēpora dispēsabuntur:si singulis diebus statutas horas litteris dabimus neq; ullo negocio abstrahemur: quo minus aliquid quottidie lega/mus. Nam si Alexander in castris lectitare plurimū solebat. Si Cæsar etiā cū exercitu proficiscens libros scribebat:& Augustus Mutinēsi bello rem tantā adortus semper in castris legere aut scribere quottidieq; declamitare cōsue/uerat. Quid poterit urbano otio interuenire quod nos diu prorsus a litterarum studiis auocet? V tile autem est ut uel cuiuslibet minimi temporis iacturam pro magna deputemus & ita temporis quēadmodum & uitæ ac salutis rationem habeamus:ut nihil inutiliter nobis depereat ueluti si inertes horas & quæ apud cæteros otiosæ sunt aut studiis leuioribus dabimus aut lectiōe iucunda transigemus. Bonæ eteni rationis est ea quoq; bona colligere quæ solent negligere cæteri:ut si quis super cenam legat: & sōnum quidem inter libros expectet aut certe p libros fugiat quanquā phisici obesse ea uisui luminibusq; contēdunt:quod & uerum est:si modo præter modū idest aut intē/tione nimia:aut super multā saturitatē id fiat. Sed & illud quoq; proderit nō nihil si intra bibliotecas nostras coram atq; in oculis instrumēta hæc consti/tuamus:quibus horas ac tēpora metiri solent ut quasi tēpus ipsum fluere la/biq; uideamus & si eis ipsis locis ad nihil aliud quā ad quod istituta sunt utemur nullam ibi aut occupationē aut cogitationē externā admittemus. Hæc autem quæ dicta sunt maiore cura & studio prosequātur hi quibus est ingenium ad disciplinas aptius q̄ corpus ad bella: quibus uero & ingeniū uiget & corpus est ualidum eos oportet utriusq; curam habere & animū quidē ita formare ut uere possit discernere & ratiōe uelit imperare. corpus uero & fortiter ferre & facile parere possit ac deniq; ita nos totos comparare ut semper parati simus nō ad inferendā uim sed ad arcendā iniuriā:aut si uim quoq; adhibere pmittimur non predæ cupiditatisue gratia:sed pro imperio gloriaq;

decertare. Maxime uero principibus cõuenit ĩ militari disciplina instructos esse. Nam eos quidem oportet & pacis & belli artibus abũdare & posse exercitus deducere & ipsos corpore suo cum opus fuerit depugnare. Quod ita esse debere Alexander qui magnus est cognominatus ut facto semp ita uerbis sæpe significabat. Nam quotiens de Homeri uersibus cuius studiosissimus erat inter amicos (ut fit) cõtẽtio incidisset: qui nam esset ex hominibus elegantior illum semp unũ eximie preferebat: qui & de Agamemnone scriptus. quasi eũdem deceat qui bonus est rex forte etiá esse pugnatorẽ. Exercẽdum est igitur ab ipsa infantia corpus ad militiá & animus ad patientiá formãdus. Ac ueluti equos solent manu deducendus est in stadium ut per puluerẽ ac sudorẽ ferre facile solem laboreq; assuescat. Nam ut in arboribus tenues quidem ramusculos persæpe uidemus magná pomorũ uim de se natam a primis floribus ad iustam magnitudinẽ perferre eoq; onere & si plane quidem flecti minime tamen frangi quod nisi sensim excreuisset ualidiores quoq; ramos appensum euerteret: & ita & homines nisi a pueris primo ac deinde p omnes ætates patientiæ laborũ & animo & corpore assuescát siqua postea difficultas rerum immineat frangũtur protinus neq; ferre uim aduersam ualẽt. Quod ipsum & magnorũ legislatorũ quos uetustas celebrat Minois ac Licurgi auctoritas monet. Cretẽsium quidẽ enim ac Lacedæmoniorũ leges laboribus erudiebant iuuentutẽ nõ modo ad patientiá corporis: sed ad continentiam animi quos foris educãdos exerceri in uenationibus ac p hec currere saltare esurire sitire algere estuareq; iubebant ut sic exercitatis uti facile ad militiá possent. Nam deliciæ quidem animos hominũ corporaq; dissoluunt: labor uero cõfirmat & indurat. Itaq; non nisi indurati laboribus durare in laboribus possunt. Qui autem ita consuescẽt & animo & corpore utẽtur: facile cum opus erit ad pericula & difficultates omnes subeũdas quo in genere neq; ex ueteribus neq; ex nostris ullum exẽplum illustrius proponere tibi ualeo q̃ parẽtem tuum. Libẽter enim ut ipse uides maiorũ tuorũ imagines tibi propono eosq; crebro studeo ad memoriá tuam reuocare: quoniá & est in illis quod magnifice sequi ualeas: & domesticis exẽplis solent homines magis excitari. Nam ut gloriosum est suos benefaciendo uincere: ita turpe iudicari solet ab his quorũ uirtutẽ honori nobis ducimus uita moribusq; degenerare. Sed ad

parentem tuum redeo cui cum innumere tribui laudes possint: ipse tamē de se nulla re magis q̄ laborū patientia gloriari solet. Est eni id quod uidemus ita ad labores impiger & in periculis audax ut nec molem corporis ferre se ullam aut esse mortalem genitū arbitrari uideatur. ex contēptu nāq; laborū mortis quoq; innascitur contēptus & crescit audacia qua ita ille intrepidus queq; difficilia aggreditur ut nihil metuere credendus sit preter id forsitan unū ne seni mori sibi cōtingat. Quod ratione optima sentire mihi uidetur: spectanda est enim semp uirtus & ad facta praeclara intēdendus est animus de uita nō magno opere curādum quisquis eni mūdanas res existimatione debita pensabit facile cognoscet: & fructus diu uiuēdi minores esse q̄ ut longa uita expeti magno opere debeat & casus maiores q̄ ut uel breuis sperari possit. Decet igitur & honeste in pace uiuentē & in bello fortiter facientē caetera quidē equanimiter ferre: mortē uero quandocūq; adueniat placide admittere plaerūq; etiam cum occasio aut necessitas postulat illi occurrere. nō enim timeri id oportet ne parum forte uixerimus: sed ne id ipsum quod uixerimus parū uixisse uideamur. Habet nāq; omnis aetas ut edere magnificū aliquid possit. Scipio qui postea primus affricanus est appellatus uix dum pubes sub patre pro patria aduersus penos militans cum Hānibal romanos ad Ticinum fudisset: patrem ipsum consulem belliq; ducē affectū graui uulnere & ab hostibus circūuentum periculo exemit. sicq; ex qua pugna uix ueteranis fugere contigit Scipio id aetatis consulē ducem ciuem & patrē nō minus pie q̄ fortiter faciendo seruauit cumulatāq; & publico & priuato merito laudem rettulit. Aemilius quoq; lepidus puer productus in pugnā eodem congressu & hostē occidit & ciuem seruauit. In cuius memoriā rei statua illi praetexata ex senatus consulto in capitolio posita est: ut & caeteri exēplo accēderentur. Et auctori tam praeclara in ea aetate operis suus honos haberetur: sed & tu quoq; nisi tuas tibi laudes inuiderimus utroq; illorū minor ut eras natu apud Brixiam nuper cum esses in exercitu germanorū progredi ausus es in hostes armatus quantū caeterorū nemo militū offerre se sustinuit. Quo quidem facto nescio quibus magis an hostibus admirationi an uero amicis rubori fueris. Ita igitur a primis annis instituēdi sunt pueri ut & audere magna possint & difficilia tolerare. Quid eni est illud de Lacedaemoniorū pueris? Nam hi quidem de cura educationis eorū plurimū apud ueteres cōmen

damur. Quos spiritus gignere mos ille debuit quibus consuetũ erat in con-
certatione equalium patientiá tantam præstare ut ui deiecti aut casu interlu-
ctandũ collapsi necari se potius examinariq; paterẽtur: q̃ uictos fateri se uel-
lent. Quid enim mirũ? Nam & ad aram sic uerberibus accipi solebát ut mul
tus semper e corpore sanguis flueret plærũq; etiam spiritũ exhalarẽt nemo
tamen aut exclamauit unquá aut uix minimũ doloris signũ edidit. Ita domi
formata iuuentus ea demũ militiæ opera gerebat quibus uetusta omnis me
moria plena est. Nam quid audire eius aut duce aut a patribus par erat: cum
in hostes progressuri p blanditias mouerẽtur a matribus ut aut uiui arma re
ferrent aut mortui in armis referrẽtur: quoniá tradere arma hosti aut ea abii
cere fugientes peius morte iudicabant. Igitur illi ut partes corporis & cura-
bant ea: & tuebátur nec mirum si se uiui in armis crebro spectandos exhibe
bant qui etiam mortuis fore ea sibi decori relata existimarẽt. Præstat autem
consuetudo usus; deferẽdi ut armis eque ac membris aut uestibus utantur
nec uideatur ex eis corpori onus adiectũ. Nam nisi ita fuissent romne legio-
nes longa assiduaq; exercitatione institute ab exercendo náq; exercitus di-
ctus est quo nam pacto potuissent pedibus in agmen procedere ac plærũq;
citatum arma primũ deferre uallum insup & si cuius rei ad quottidianũ ege
rent usum ac super hec una sæpe quindecim aut eo amplius dierum cibos
onus iumento difficile: qui ergo erunt aut armorũ aut litterarũ studiis dandi
quãdo quidem he sunt liberalissime artium maximeq; principales propter
ea quod & maxime principes deceant simul at membris uti per ætatem lice
bit armis assuescere debebũt discendisq; litteris primis tradendi erunt cum
primũ poterunt uerba formare. Iam que ab inde rerũ illarũ ac studiorũ que
sunt p uitam acturi debent quedá quasi libaméta gustare talibusq; exerceri
rudimẽtis. Sed & hec utraq; ipsa facile exequi inuicẽ poterũt ut certas horas
ad exercitiũ corporis habeát & item certas litterario ludo deputẽt ac nõ mo
do quidẽ pueros sed & uiros decet hoc facere quod & Theodosiũ principẽ
facere solitũ phibẽt ut die quidẽ aut exercereť in armis aut de subditorũ ne
gotiis iure dicẽdo decerneret nocte uero libris incũberet ad lucerná ac de lit
teraꝝ qdẽ studiis supra satis qđ uisum ẽ diximus reliqua psequamur. Ea igiť
exercitia suscipiẽda erunt q̃ boná ualitudinẽ saluẽt & robustiora mẽbra red
dant i quo erit unuscuiusq; naturalis dispositio diligẽter attẽdẽda. Ná q sunt

habitudine corporis molli atq; humida fortioribus exercitiis siccandi indu/randiq; erunt cæteri leuius & quibus sanguis facilis est inflámari eos ardéte sole quiescere côuenit. Sed & ætatis quoq; habéda erit ratio ut usq; in tépus pubertatis leuioribus oneribus subiiciátur ne uel ætatis neruus frágatur aut impediatur corporis augumétum: post pubertaté uero grauioribus labori/bus edomádi erunt & impuberes quidé magis ad intellectú decet erudire: hos uero ad mores. Item illos ad disciplina curare: hos uero magis ad robur & multitudiné corporis. Quantú autem sit momentú in exercendis iuueni/bus & que cura adhibenda exemplo sit Marius qui ut auctor est Plutarchus cum esset senex & multa corporis mole grauis uir tanta belli gloria p pacem tamen ut filium militaribus officiis atq; actibus institueret quottidie cú ado lescentibus ueniebat in campú & exercebátur una per hec náq; adumbrata certamina ad ueras pugnas audaciores doctioresq; perueniút. nam nisi esset utilis hec pugnádi disciplina que p pacem atq; in otio queritur frustra nó te mere. P. Rutilius consul armorú tractandorú disciplina primus accipere mi lites uoluisset qui doctoribus gladiatorú urbe accitis meditationé hác uitádi atq; inferendi ictus penetrare in castra iussit ut miles nó solum uiribus & au/dacia quibus antea solis nitebatur: sed etiam arte industriaq; ualeret. Docédi sunt igitur iuuenes que in húc usum pertinét ut posse hostem gladio quidé dextra ferire: sinistra uero breui umbone se tegere: Ensem uerum fustem lan ceam utrisq; manibus tractare & nunc quidé se effundere: tunc uero denuo sub clipeum cogere púctim sensimq; sine difficultate ferire. Exerceri quoq; decet in cursu saltuq; lucta ac pugilari certamine iaculari q̄ longissime recte sagittare uibrare sudes saxa rotare equos domare eosq; nunc ad cursum aut saltú adactis urgere calcaribus núc ité flexis habenis medio cursu preuertere & ita in utrúq; se parare ut eques & pedes pugnare qsq; facile possit. Equitú quoq; occursus dum sese telis infestis petunt & audatiores facere solet & ad pugná doctiores cú & cuspidé suá ubi intéderint locare didicerint & cótra se ueniente aciem imotis luminibus pferre. Armorú uero species quéadmodú & uestimentorú quottidie uariat usus eam auté mutationé ita sectari oppor tebit ut experiamur singula: meliora uero semp teneamus. Similiter auté & pugnandi cósuetudines uariari solent. Nam olim quidé téporibus priscorú heroum curribus duces depugnare cósueuerút. Postea uero apud romanos

maxime pauci equites aut certe nõ multi. Vis autem exercitus pone tota in peditibus erat nũc nemo curribns omnes fere in equis bellantur. Quod autem in usu est si modo prestat seruare cõuenit & per campestres exercitationes assidue id meditari ac deniq; oportet ad singula certaminum genera pre exercitatos uenire. nam aliter in tumultuaria pugna agendum est aliter cum tota decernitur acie: aliter quando cõcurrunt manipuli: aliter cum duello cõfligitur. Nam plæriq; in acie fortissime uisi sunt dimicare qui cũ essent ad singulare certamen prouocati animo uiribusq; torpuerunt. Quanquã disciplinae hoc genus quod per otium queritur longe impar est ei quod inter bellorum tumultus per indigentiam rerum omnium uerosq; terrores discitur. Itaq; monebat Flaccus angustam amice pauperiem pati: Robustus acri militia puer condiscat & parthos feroces uexet eques metuendus hasta uitamq; sub diuo & trepidis agat in rebus. Sic enim ad illa maiora puenietur que futuros bellorũ duces & usu & ratione consequi oportet ut quibus artibus ducendus sit exercitus quibus locis castra statuenda quo ordine locande acies qua quis ratione preuenire hostium cõsilia possit: ac more belli insidias illis ponere & ab iis positas cauere hostilis exercitus milites distrahere: suos autẽ metu beniuolentiaq; continere nec militarem unquã remittere disciplinã. Vt enim uirtus militum ducibus laudem parere solet: Ita & illorum peccatum culpe plerũq; ascribitur ducis: non æque uero ex benefactis gloria atq; ex peccatis ignominia nascitur. Ipse omnia quecũq; tempus habent pre deliberata exequi debet: nec aut in te noua aut subita tumultuari: neq; enim stare militum animi possunt cum ducis consiliũ labat. Milites uero ipsos oportet natura quidem fortes existere bellandiq; artibus instructos animi multũ habere armorũ quod satis sit: alimentorũ uero non nisi quod necessitati suppetat. Que igitur sint ducis que militis partes quod æquitis quodue peditis sit officium usus atq; experiẽtia docebit que profecto ex re ipsa late refert q̃ melius cognoscere liceat q̃ aut uoce pcipi aut ullis tradi litteris possint. tametsi extẽt de re militari libri a magnis uiris editi qui ne utiq; tibi erunt negligendi. Sed & machinarum quoq; uim usumq; nosse ducem oportet. Cuius rei solertissimũ esse tuum parentẽ uides quo nescio an quisquã maiore studio quesierit aut eius generis plura forte pararit. Postremo ut ab his rebus non aliena natandi quoq; peritia adolescentibus adhibẽda est in qua & Au

gustus Cæsar nepotes suos. Nam filios quidē nullos suscepit: ita erudiri studuit ut & ipse plærūq; per se doceret. Nam & a magnis periculis liberare homines solet: & ad nauales pugnas transmissionesq; fluminū audatiores reddit. Et in hoc toto quidem genere rerum que ad militaria pertinēt exercitia habes quos mittere germanos tuos maiores. Franciscum & Iacobū magnanimos uiros & in armis late cognitos: omniq; prudentia & moderatiōe insignes quos te decet semp ut facis omni fide ac pietate colere: & ita illos ꝓbe imitari ut minoribus & exēplo uirtutis & presidio ad casus esse ualeas. Optime quidem enim generis humani societas cōstabit: si sancta sint iura sanguinis & erga superiores quidem reuerentia: ad inferiores uero humanitas cum paribus autem moderatio facilitasq; seruabitur. Verum quoniam in opere non semper uersari possumus. Sed oportet interdum laxamenti aliquid indulgeri huic ipsi generi modum rationēq; nunc perscribamus. Primū itaq; preceptum est id quod potissimum: ut ne quis turpis ludus aut noxius suscipiatur nec nisi quantū aut acuat industriam aut corporis uires exerceat. Nam quod Scipio ac Lellius & interdum Augur Sceuola qui fuit Lellii gener soliti sunt dum animi remissioni uaccarent in littoribus maris aut alueis fluminum calculos conculasq; lectitare fiebat in his prorsus necessitate quadam. nam non nisi functi magnis laboribus: aut cum essent ætate iam prouecta ad hec ipsa ueniebat. Sed laudabilior in hoc genere forsitan idem Sceuola qui optime pila dicitur lusisse: quod scilicet forensibus negociis & interpretādi ciuibus iuris labore fatigatus ad hoc potissimum otium recreandarum uiriū causa confirmandorūq; laterum sese conferebat. Est eiusdem generis uenationis aucupii piscationūq; cura que & delectatiōe plurima afficiunt animū & uim membrorū motu labore que confirmāt. Leuiter austerum studio fallentem laborem: ut inquit Horatius. Nam hæc ni i tanta uoluptate condirētur quis est qui spōte subire tantū laborem uellet aut perferre ulla ui posset: quanquā hoc ipsum lignrgi legibus studium erat non otium adolescentiū. Aut si hac forsitan grauiora uidebuntur q̄ ut de studio fessos leuare possint licebit: aut prorsus quiescere: aut leuiter adequitare: aut deambulare suauiter licebit: etiam iocis inuicem ac salibus uti modestis qui Lacedæmoniorū per otium mos erat. Quam autem ferat ea res utilitatē in uita ligurgi perscriptū est. Sed nec erit quidē indecens cantu fidibusq; laxari animū qua de re supe-

rius est habita nobis mẽtio. Nam & pithagoreorũ mos hic erat & fuit quondam priscis heroibus celebre: ut Achilem Homerus inducit a pugna redeũtem in hac re solitum acquiescere nõ quidẽ amatorias cantiones: sed uirorũ fortium laudes modulantẽ. Ita ergo per otium poterimus aut ipsi facere aut aliis facientibus iudicare & eos modos amplecti: qui conuẽtiores tẽporibus nobisq; uidebũtur. Nam siculi quidem modi ad remissionẽ animi magis faciunt & quietem. Gallici uero cõtra ad exercitationẽ & motum. Itali autem inter hos medium tenent. Et item que pulsu aut cantu fit melodia decẽtior est: que uero spiritu atq; ore minus uidetur ingenuis conuenire. Sed & ad sonos salrare & muliebres ducere choreas indigne uiro uoluptates uideri possint: tametsi sit in piis rebus fructus aliquis: quoniã & corpus exercẽt & multam membris dexteritatẽ adiiciunt si nõ lasciuos iuuenes redderent eorũq; mores bonos nimia uanitate corrũperent: non ita tabulæ ludus quoniã pugnæ speciem profert: hostilisq; certaminis quem Palamedes troiano bello uetustissimi auctores tradunt adinuenit: ut uel hoc negotio milites occupatos teneret: otiosumq; auerteret a seditionibus excitum. Alee uero lusus aut cupiditatẽ habet minime liberalẽ aut indecẽtem uiro molliciem. Nam qui lucri causa id agunt maioris quæstus negocia cõmoditus agerẽt. qui uero uoluptatem inde uenãtur tardiusculi sunt quod aliud nihil possunt inuenire in quo honestius delectent'. In his igitur ludis delectari cõuenit qui artis aliqd aut certe plurimũ: casus uero quã minimũ habeant nisi forsitan ea nõ putet: qs arte uacare de qbus rebus sit ratio litteris tradita: aut maiestate motus auctoris nõ putet indecorũ facere de quo is decorum sibi scribere existimasse. Nam Claudius Cæsar de alee ludo librũ edidit quo studio delectari solẽt q sunt in hoc unũ diligẽtes ut oẽm substantiã negligãt aut certe ut uniuersum uite tp̃s amittãt. His autẽ qbus litterarũ studia uoluptati sunt: uarietas lectionis solatiũ afferret. nouaq; lectio ueteris fastidiũ tollet. Interdũ tñ etiã opus est prorsus ut uidet' nihil agere oinoq; ope uacure ut sufficere: demũ operi laboriq; possumus. Nam q semp intẽtissimus est neruus nisi remittat'. aliqñ rũpi solet tametsi nullũ est tp̃s laboriosius sapiẽti q̃ quo nihil agit si mõ põt sapiẽs nihil agere. Quosdã aũt accepimus in hũc modũ tp̃s distribuere solitos ut p diẽ ac noctẽ tertiã partẽ sõno pmitterẽt tertiã refectiõibus ac uacatõi reliquũ liberalibus studiis darẽt quoꝝ ego ne dãnare rõem satis audeo neq;

probare penitus possum. Id autem affirmare possum & audeo eo minus ela bi nobis ætatis atq; hoc nos diutius uiuere quo plus temporis bonis studiis mancipamus.



Illud uero de corporis cultu nunc postremum attingamus: ut sit decens neq; nimium exquisitus neq; prorsus neglectus: sed cum rei loco temporiq; tum maxime persone conueniat: neq; enim sedere in litteratoria schola coronatum: aut subducta ueste conuenit: aut in certamen armorum fluxa toga manu leatumue prodire: nec uero principis filium æque: cum plebero uili sordidaq; uti tunica: aut trita chlamyde se prebere spectandum. Nimia autem cultus uenustatisq; cura muliebrem animum designat: & multe uanitatis argumentum est. Indulgẽda sunt tamen adolescentibus quedam neque omnia rerum eorum peccata seuera sunt animaduersione punienda: nisi enim ex parte aliqua iuuẽtutem expleuerint ætatis illius uitia conferent in senectutem. Hec ego ad te Vbertine scripsi ut sum in initio pollicitus non tam cõmonefacerem quid fieri a te oportet q̃ ut te ipsum ostenderem tibi qui si naturam sequeris ducem: nihil monitore opus habes ad summam uirtutem optinendam: nisi enim a te ipso deficias præclara de te omnia polliceri indoles tua uidetur. laudes autem si quas tribuere tibi sum uisus: ita a me uelim accipias ut magis illas calcar ad benefaciẽdum existimes q̃ benefactorum præmium esse. Adniti igitur summis uiribus te conuenit ut eum te præstes uirum qui his tam generosis adolescentiæ tuæ primordiis digne respondeat ne aut tu nature muneribus male usus aut illa in te tam egregia indoles mentita uideatur neue ego si quid mea causa tangeris aut falsus de te uates aut uanus predicator extiteris. Si probe itaque gesseris habebis quidem ab omnibus præsentem laudem a me uero etiam litteris si qua nobis eiusmodi facultas erit posteritati commendabere. Si minus unus ero qui audeam plane dicere idque palam fateri nihil tibi nisi te ipsum uideri defuisse.

Petri Pauli uergerii Iustinopolitani De ingenuis ac liberalibus studiis Liber explicit.

LEONARDVS Aretinus collutio salutem plurimam dicit.

EGo tibi hunc librum Coluci ex media (ut aiunt) Græcia delegi: ubi eiusmodi rerũ magna copia est & infinita pœne multitudo. Nec ueritus sum ne abste ut parum liberalis ac sane ingratus accusarer: si ex tanta abundantia hoc tam paruum munus ad te mitterem. Nec enim id nunc ago neq; ita amens sum: ut existimem hac tantula re summis tuis erga me beneficiis satisfacere posse: sed ut mercatores solent degustationem quãdam rerum uenalium accipere quo facilius de illarũ emptione deliberare queãt: sic ego cum cuperem tuis singularibus meritis summaq; in me beniuolentia quicquid mea opera labore industria efficere possem in te unum conferre. hũc tibi librum transmisi quasi degustationẽ quãdam studiorum meorum: quæ si tibi doctissimo homini probata esse sensero maiori cum fiducia deinceps aggrediar tuo grauissimo atq; optimo iudicio confirmatus & iam non paruis sed maioribus tecum agam muneribus: quãquam id quod de muneris paruitate supra dixi nõ ad librum ipsum sed ad conuertẽdi laborem referri uolo. Nam etsi liber per se breuis est tantum tamen ponderis ei libello adiicit Basilii nomen ut magnus putari debeat auctoritate scribentis. Quæ quidem apud græcos tanta est ut & seueritate uitæ & sanctimonia morum & preterea optimarum artium studio sacrarũq; litterarum doctrina cæteris omnibus fere existimetur excellere. Sed cum sint pmulti atq; inclyti libri quos ille accuratissime scriptos reliqt: nos in præsentia hunc potissimũ delegimus quod maxime eũ conducere ad studia nostra arbitrati sumus. Atq; ideo libẽtius id fecimus quod auctoritate tãti uiri ignauiam ac peruersitatem eorum cupiebamus refringere: qui studia humanitatis uituperant atq; ab his omnino abhorrendum censent: quod iis contingit fere omnibus: qui ea tarditate ingenii sunt: ut nihil altum neq; egregium ualeant intueri: qui cum ad nullam partem humanitatis aspirare ipsi possint: nec alios quidem id debere facere arbitraritur. Sed hos cum sua ignorantia relinquamus: neq; eni digni sunt: de quibus uerba fiãt: & iam Basiliũ ipsum audiamus: in quo animaduerte quæso quanta grauitas sit.

Diui Basilii Cæsariensis cappadociæ episcopi ad nepotes suos de liberalibus studiis & ingenuis moribus liber.

MVlta sunt filii que hortantur me ad ea uobis consulēda quæ optima esse duco: quæq; uobis si illa sequimini ꝓfutura confido: quippe & huiuscemodi ætas & multarū rerum usus: & insuper quod omnia maxime docet in utrāq; partem mutatiões satis esse expertum humanarū rerum me fecere peritum. Itaq; possum his qui nuper uitam ingressi sunt quasi uiam aliquā: qua tutissime proficiscātur: ostendere: Accedit ad hoc quod naturali necessitudine me post parētes nemo est uobis propinquior. Quāobrem ego quidem erga uos nō minus beniuolētiæ habeo q̄ ipsi parētes. Vos autē puto (nisi forte mens uestra me fallit) cum me intuemini parentū desiderio haudquaquā moueri. Si igitur que a me dicētur ea uos suscipere ac sequi parati estis: in secūdo eritis ordine laudatorū apud Hesiodum: Si minus ego sane nihil molestius dicam. Vos autē meministis carminum illorū in quibus ille poeta inquit. Optimū illum esse qui ꝑ seipsum: quæ agenda sunt: cōspicaretur. Sequenti autem gradu qui alioꝝ consilia sequeretur. Qui uero ad neutrū horum aptus esset eum penitus esse inutilem Nec uos ulla admiratio teneat si quottidie ad magistros eūtibus uobis ueterumq; uirorū & ingenio & doctrina præstantium per ea quæ illi scripta reliquere continuū usum & familiaritatē habentibus ego aliquid utilius ex me ipso inuenisse profitear. Equidem hoc ipsum moniturus uenio nō oportere uos eiusmodi uiris ita mentis uestræ gubernacula permittere: ut quacūq; ducant ea sequamini. Sed & id dūtaxat quod utilitatem affert ab illis accipiētes: scire etiam si sit opus contemnere. Quæ igitur ea sint & quemadmodum discernantur id iam uobis aperiam hinc sumens initium.

NOs quidem filii hanc humanā uitam nihil omnino esse arbitramur: nec bonum quicquā existimandū censemus nec appellādum quod utilitatem nobis hucusq; suppediret. Non itaq; dignitatem non amplitudinē maiorū: non corporis uires: nō formam: nō magnitudinē: non a cunctis hominibus habitos honores: non ipm imperiū: nō quicquid dici potest in hac uita excellens: sed longius nostre ꝓcedunt spes & ad alterius uitæ preparationē cūcta molimur. Quæ igitur ad hanc cōferant ea nos totis uiribus optāda quærēdaq; esse arbitramur. Quæ

uero illucusq; puenire nequeunt ut nullius momenti despiciéda. Quæ nam tamen ista sit uita: & quo pacto illa uiuatur id sane ostendere plus negotii esset quá nos in præsentia suscepimus. Maiores etiam auditores quá ipsi nunc estis ad præcipiendú requirit: hoc solum cum dixero satis abunde uobis dixisse putabo. Si quis oém post creatos hoíes felicitaté mente concipiat simulq; in unum cógerat uniuersam ne paruá quidem partem illorú bonorum æquare cóperiet: sed a minimo illius uitæ bono oía humana simul collecta magis abesse q̃ umbram & sompnú a ueris rebus imo uero ut propiori utar similitudine: quanto in omni re preciosior est anima q̃ corpus: tanta utriusq; uitæ differentia est. Ad hanc porro uitam sacri ducunt sermones: p occulta nos erudiétes donec tamen profundú illorú sensum p ætatem uobis percipere posse nó licet in aliis nó omnino diuersis quasi in umbris quibusdam speculisq; oculos mentis exercere debemus illos imitantes qui ad certamen se cóparant q & saltu & motu manuú in ludo exercitati callidius deinceps in certamen descédunt: & nobis profecto certamé quoddam incúbere putandú est: & quidé oíum certaminú maximú cuius gratia oía tentáda sunt & totis uiribus incumbendú ad huiusce rei preparationé & poetis & oratoribus & scriptoribus cæteris oíbus: deniq; hoíbus inhærendú unde nobis ad ingenii exercirationé aliqua sit accessura utilitas. Velut igit̃ hi qui tingunt cú primo quibusdá modis id quod coloré recepturũ sit ppararút: tandé postea floré supinducunt siue purpureú siue quéuis aliú. Eodé nos itidé modo si ut indebilis sit apud nos pbitatis sciétia cupimus cú his extraneis disciplinis fuerimus ibuti túc sacris & occultis operá dabimus & quasi solé in aqua prius uidere assuefacti ad ipam lucé dirigemus intuitú. Si qua igit̃ cóueniétia utrinq; sit putilis: nobis erit talis cognitio. Si auté nulla sit ea tñ adinuicé cóferre & in quo differant inter noscere nó parú nobis fructus pbebit ad potioris confirmationé. Sed qua similitudine utemur ad hác rem ostendendá. Népe ut plátæ propria uirtus est fructú pducere: afferút tñ aliqué ornatú & fródes ipsæ circa ramos diffusæ: ita pfecto & aíæ precipuus quidé fructus est ueritas nó inamoenú tamen est hac extranea circundari sapiétia quæ tanquam frondes quedam & fructui tegmé prebeat & speciem intuentibus lectiorem ostendat. Hoc fecisse aiunt Mosen illum summa prudentia uirum cuius apud oés gentes maximú est in philosophia nomé: qui nó prius ad dei contéplationé

accessit q̄ egyptiorum disciplinis mentem exercuisset. hæc eadem ferunt posterius de Daniele sapiente cutu apud babylonios caldæorū sapientiā imbibisset postea rerum diuinarū attigisse doctrinam. Sed iam satis abūde demōstratum est nō inutilem esse mentibus nostris hanc extraneam scientiā. Nūc uero quo pacto illa nobis accipienda sit: dicēdum uidetur. Primo igitur a poetis incipiā: cum illi uarii multiformesq; sint non omnibus: quæ ab ipsis dicuntur: adhibēda est mens. sed cum excellentium uirorum facta aut dicta cōmemorant tunc tota mente moueri atq; inflammari debemus: maximeq; conari: ut tales ipsi simus quales ipsi fuere: cum uero improborū hominum mentionem incidunt: fugienda est illorum imitatio: auresq; claudendæ non secus atq; ipsi ferunt Vlissem ad syrenum cantus. Praue enī confabulationes uia quædam sunt ad facinora. Quāobrem omni diligentia curādum est: ne inter illam quā plærūq; sermones habent festiuitatē latenter aliquid admittamus mali: ut hi qui uenena melle permixta absorbent. Non igitur laudamus poetas neq; cum iurgia referūt: neq; cum scurras aut amantes aut ebrios aut dicaces imitantur: neq; cum diuite mensa cantuq; dissoluto felicitatē definiunt. Minime uero cum de diis aliquid dicunt: & maxime cum de illis ita narrant quasi plures sint atq; discordes. Nam apud eos & frater in fratrē coniurat & parentes filiis & filii parentibus inferunt bella. Deorum uero adulteria atq; amores & scelestos cōcubitus & eos maxime summi ac principis omnium ut illi asserūt Iouis: que nec de pecudibus quidem sine rubore quis diceret his relinquemus qui in cena uersantur. Hæc eadem dicenda sunt & de cæteris scriptoribus: & tunc maxime cum ad uoluptatem loquūtur. Sed nec oratorum artem in mentiēdo imitabimur: neq; enim in iudicio neq; usquā alibi mentiri nos decet: qui rectum ac uerum iter uitæ elegimus: quibus interdicta sunt iudicia legis precepto. Sed tunc maxime oratores complectemur: cum aut uirtutem extollunt: aut uitia effulminant. Vt enim ex floribus cæteri quidem nihil sumūt præter odorem atq; colorem. Apes uero etiam mella inde sciunt excerpere. ita qui nō solam festiuitatē uerborum sequūtur fructum aliquē percipere possunt. Sed quoniā in apum mentionem incidimus prosequamur hanc similitudinē. Illæ enī nec omnes pariter adeunt flores: nec si quos adeunt: eos totos absumunt: sed eo solo ablato quod operi suo aptum sit: reliquū omne ualere sinunt. Et nos quoq; si sapimus: cum id

excerpserimus quod ueritati amicũ consentaneũq; sit: cætera omnia trans-
grediemur & uelut in rosis legendis sentes uitamus: ita quantũ utiliter scri-
ptum accipiẽtes reliqua quę nocere possunt declinabimus. Principio igitur
disciplinarũ quãlibet cõsiderare oportet: & ad finem dirigere lapides ad filũ
dorico prouerbio redigentes. Et quoniã ad hanc ueram uitam ꝑ uirtutẽ ascẽ
ditur: uirtus autem ipsa multũ a poetis multũ ab historicis multo etiam ma-
gis a philosophis laudatur: eorum uerbis maxime est inherend . Neq; enĩ
parum utilitatis habet consuetudo quædam & familiaritas uirtutũ mẽtibus
iuuenũ animisq; infusa: cũ maxime inhærere soleãt & pœne indelebilia essẽ
quæ a tenera ætate discũtur propter annorũ molliciem profunde inusta. Et
quid aliud Hesiodũ uoluisse putandũ est: cum illa scripsit carmina quę uni-
uersi decantant. Aspera inquit primo & pene inuia & sudoris cõtinui & labo
rum plena uia: quæ ad uirtutẽ ducit. Quãobrem nec cuiusuis est propter ar-
duitatẽ illam capessere nec capessenti facile ad culmen euadere: sed ubi id su
perau eris ex eius fastigio uidere licet ut uia illa lenis sit & pulchra & expedita
& facilis & longe iucũdior q̃ altera que ad uitia ducit q̃ uniuersam simul arri
pi posse ipse idem poeta testat. Mihi quidẽ uidetur nihil ob aliud q̃ ut nos
ad uirtutem probitatẽq; abhortaretur ista dixisse ne laboribus uicti ante finẽ
desisteremus. Sed & siquis alius similitet uirtutẽ laudarit: eius sermones prõ
ptissime recipiemus. Ego autem e quodã uiro qui ad inuestigãdas poetarũ
mentes acutissimus habebatur audiui cum diceret totã Homeri poesim lau
dem esse uirtutis: omniaq; illius poetæ huc tẽdere nisi siquid interdum inci
dens sit. Verum in eo loco uel maxime id patere cum finxit cephalenorũ du
cem naufragio eiectum tantũ absuisse ut illos quibus & solus & nudus appa
ruit uerecũdia aliqua auerteret: quãdo quidem pro uestibus uirtute illum di
xit ornatum & primũ regina eum reuerita. sic deinde reliqua pheacum mul
titudo tanti putauit ut relictis epulis quibus cõmessabantur unum illũ cũcti
intuererũt: nullumq; eorum esse qui eo tẽpore magis quicquã a diis optaret
quam Vlyssem fieri quanquã & nudum & naufragum: Aiebat ille poetarũ
interpres hoc in loco Homerũ clara uoce clamare o homines sit uobis cura
uirtutis quæ & cum naufrago simul enatat & in littore nudũ eiectũ fortuna
tis phoeacibus uenerabiliorẽ ostendit. Et profecto ita res est. Cætera omnia
nõ magis possidentiũ sunt q̃ cuiusq; ut in talari ludo huc & illuc transeuntia.

Sola uirtus & uiuenti & mortuo stabilis est & firma possessio. Qua ratiõe
motus mihi uidetur Solon cum inquit ad diuites. At nos nõ permutabimus
cum uirtute diuitias: quoniã uirtus firma ẽ: diuitias uero alius alias possidet.
Similia his sunt & a Theognide dicta qui inquit deum quęcunq; tandem is
senserit uarie hominibus talem tum appẽdere. Alio.n.tẽpore diuitiis afflue/
re alio nihil possidere. Hec eadem fere a Prodico sophista quodam in loco
suorũ librorũ de uirtute ac uitiis sapiẽtissime scripta sunt: cui quidẽ prestan/
dæ sunt aures neq; enĩ spernẽdus est ille uir. Is uero ita inquit. Quantũ ego
memini nam eius uerba non teneo nisi quod sine metro sic ait Herculem cũ
is admodum adolescẽs esset & uestre ferme ætatis diu secum multũq; cogi/
tasse utrã uiam caperet cũ duas uideret: unã uoluptatis: alterã uirtutis. Inter
anbigendũ autem duas accessisse matronas has uero esse & uirtutem & mali
ciam. Statim quidem igitur & si ille silerẽt manifestã fuisse diuersitatẽ illarũ.
Videri enĩ alterã accuratissime esse ornatã fluentem diuitiis & omniũ uolu
ptatum examẽ post se trahentẽ. Hec itaq; omnia ostentantẽ & multo etiam
plura pollicentẽ secum trahere Herculem tẽptauisse. Alterã uero asperã &
duram seuereq; intuentẽ talia & contradixisse polliceri se nec uoluptatẽ ali/
quam nec quietẽ sed labores pericula sudoresq; infinitos terra mariq; tolle/
randos: premiũ autem illoꝝ fore ut ille aiebat deum fieri & hanc demũ Her
culem secutũ fuisse dixit. Et fere omnes qui modo aliqd in philosophia scri/
psere ut quisq; maxime potuit uirtutẽ laudarũt quibus sane credendũ est co
nandumq; ut in uita nostra id ostendamus. Nam quisquis ea que alii uerbis
dũtaxat philosophãtur rebus ipsis affirmat is uere sapit. Cæteri uero ueluti
umbre uolitant. Nec secus ea res se habet ꝙ si pictor egregiã uiri formã imi/
tatus sit. Hic autem re uera talis existat qualem ille in tabula expresserit. Qui
enim uirtutẽ in cœtu hominũ laudant amplissimisq; uerbis extollunt ipsi ue
ro & libidinẽ temperãtiæ: & quæstũ iusticiæ anteponũt hi mea sententia ni
hil differunt ab histrionibus: qui cum poemata in scena agunt sæpe ut reges
uelut potẽtes prodeunt: cum neq; reges sint neq; potẽtes neq; omnino forsi
tan liberi. Atqui musicus quidem si id uitare ullo modo potest nunquã pa
titur liram sibi dissonare neq; chori princeps inconcinũ sibi chorum habere
ipse uero quispiã secũ dissidebit nec uitã consentaneã uerbis præstabit. Sed
Euripide auctore linguã quidem iurasse dicet mentẽ uero iniuratã mansisse

& bonum uideri quã esse magis cupiet. At hic est ultimus iniuriæ terminus si quid credere oportet Platoni bonũ uideri cũ non sis. Ea igitur que de uir/tute scripta sunt ita ut dictũ est accipiẽda censeo cum autẽ præclara facta maiorum aut memoriæ successione aut poetarum uel historicorũ libris usq; ad nostrã ætatem cõseruata sint nec huius quidẽ generis utilitatẽ negligemus. Vt ecce Pericles Atheniẽsis cum eum quidã ex fori hominibus probris laces/seret nihilo irritatus neq; animo cõmotus sed p uniuersam diem perseuera/tum est cum ille nullo maledicto abstineret. hic uero tanq̃ ea res nihil ad se pertineret contẽneret. Vespere autem iam facto & tenebris exortis cum iurgator ille uix eo tẽpore uellet abire Pericles famulo cum lumine accito pse/cutus est ipm ut sibi quã longa esset hec ad philosophiã exercitatio. Item cũ quidam iratus Euclidi megarẽsi necem minaretur idq; se facturũ esse iuramẽto firmaret: Euclides cõtra iurauit se profecto illum placaturũ effecturũq; ne sibi infestus foret. Quam operepreciũ est aliquod huiuscemodi exemplum succurrere mentibus hominũ iam ira afferuescẽtium. Tragediæ eni nequaq̃ est simpliciter credendũ dicenti inimicas armabit ira manus: Sed potissimũ esset nullo modo irasci. Sin id fieri nõ potest at rationis freno moderandum est nec permittendũ longius efferri. Sed reducamus orationẽ nostrã ad cla/rorum uirorum exempla. Pulsauit quispiã Socratem Sophronici filium faciem eius petulantissime cedens: Socrates uero non repugnauit sed illius iræ ac petulantiæ sese permisit donec ei uultus undiq; ruber fieret. Verum ubi ira illius satiata est. Socrates quidem nihil aliud egit: nisi quod fronti sue inscri/psit nomen percussoris quemadmodum in statuis fieri solet. Ille inquit hoc opus effecit: nec ulterius ulcisci perrexit. Hec quæ nostris similia sunt perdi/gna esse imitatione duco: hoc enim socraticũ illi nostro conuenit quod monet ut percutienti maxillam: unam alteram porrigamus tantum abest ut ul/ciscamur. Id autem Periclis aut Euclidis simile est illi quo monemur perse/quentes expectare: & benigne iras illorum tollerare: & inimicis bona præcari: non autem maledicere. Nam qui in illis erit præeruditus in postea præceptis nostris acquiescet: nec quasi impossibilia sint aspernabitur. Haud sane prætereundum est Alexandri Regis memorabile factum: qui cum Darii filias in captiuis haberet: mirum in modũ & ab omnibus predicaba/tur formosas ne uidere quidẽ uoluit turpe esse ratus eos qui uiros uicissent

a mulieribus superari hoc illi nostro cõuenit quod aspiciens mulierẽ ad uoluptatem & si rem nõ cõsumat tamẽ quia id cõcupiuit in corde suo crimine nõ caret. Illud autẽ Clinie Pythagoræ familiaris difficile est credere nõ dedita opera sed fortuito nostris cõuenire qui cũ posset triũ talentorũ dãnum iureiurando sibi delato aufugere soluere quidẽ maluit q̃ iurare quanq̃ sine piurio id facere liceret. Audierat ille: ut mihi uidetur preceptũ domini iuramenta uetantis. Sed redeo ad id quod in principio dicebam: Non oĩa nobis recipienda sed tantũ utilia: Et enĩ cum eos cibos qui obesse possint corpori diligenter uitemus absurdissimũ est disciplinarũ quibus alitur eius rationẽ nullam habere sed tanq̃ torrens aliquis quecũq; sors obtulerit sine delectu immergere & cum gubernator nõ temere nauim uentis pmittat sed ad portum dirigat & sagittarius ad signũ & faber & architectus finẽ aliquẽ sue artis respiciat nos ab huiusmodi opificibus in cognoscẽdis rebus nostris supari. Nãq; enim manu aliũ operũ finis aliquis est uitæ autẽ humanæ finis est nullus quẽ intueãtur hi qui bene uiuere querũt. Quod si nulla ratione huc atq; illuc in uita iactaremur: qd inter nos atq; rates gubernaculis carẽtes interesset. Verũ ut in musicis gymnicisq; certaminibus eorũdem sunt exercitationes quorũ & pmia. Nec ullus cum se palestra aut pãcratio exercuisset lira deinde aut tibia certat. Neq;.n. Polidamas id agebat neq; Milon. sed alter ante olympicũ certamen currus sistebat currẽtes. Milon uero in clipeo uncto stabat nec depelli ab eo ulla ui poterat: sed resistebat nõ secus ac statua quædã plũbo affixa. Quod si marsie aut olympi musicã essent meditati relicto puluere atq; gymnasio sero coronas aut gloriam assecuti essent aut effugissent ne corpora sua derisui haberẽtur. Sed nec Timotheus relicta musica sua i luctaminibus uersabatur neq;.n. assecutus fuisset ut cũctis musicis longe antecelleret: cui tantũ superarat artis ut quotiens libuisset animos hominũ & uæhemẽti harmonia accenderet: & rursus molli ac placida leniret quippe aliquãdo cũ in Alexandri cõuiuio eum cantũ quẽ phrygium appellant modularet usq; adeo regẽ excitasse dicitur ut ad arma capiẽda prosileret: Atq; iterum ad cõmessatores epulasq; reduxisse modulatione mutata: Tantas uires habet in musicis gymnicisq; certaminibus ad finẽ suũ directa exercitatio. Sed quoniã in coronarũ atq; pugilum mentionẽ incidimus prosequamur aliquantisp in ea re. Porro illi quadam incredibili laborũ tolerãtia uires adepti eum infinitis sudoribus

in gymnasio manarint innumerasq; plagas in exercitatiōe tulerint uictū autē nō uoluptariū neq; iucundū sed quē magister ludi pscripserit uictarint & in cæteris omnibus ne orationē protrahā ita instituti sint ut uita ante certamē acta meditatio fuerit certaminis tandē se nudant in stadio & summo labore ac periculo decertant ut oleastri aut appii aut eiusmodi corona donētur. Victores a precone buccinētur. Nos uero quibus premia uitæ nostræ adeo mirabilia proposita sunt: ut nec magnitudo eorū dici possit nec multitudo numerari in utrāq; autē securi dormientes altera manu capere posse credemus. Per multi sane etiā inertia & Sardanapalus ille primas omniū partes in beatitudine ferret uel Margites forte quē neq; aratorē neq; fossorē neq; cuiusq; rei actorem fuisse Homerus ait si utiq; Homero credendum potius q̄ Pitaco qui inquit arduū esse bonū existere. Multis.n.laboribus susceptis uix eorum bonorū compotē fieri cōtingit: quorū nihil in hac uita simile pauloāte dicebamus. Non igitur diffidēdum est nobis nec pro breui uoluptate maxime spes abiiciende nisi uelimus & cōuicia pati & penas subire: non hic apud homines quanquā ne hoc quidē parum recte sentienti sed aut sub terra aut ubicunq; sint illa iudicia. Nam qui nō ex uoluntate delinquit is forte aliqua dignabitur uenia. Qui autem ex proposito peiora eligit nullam habet excusationem quin multiplici pena afficiātur. Quid igitur faciendū est dicet quispiam. quid aliud quā curā anime habendā cæteris omnibus pro nihilo habitis. Non ergo corpori seruiendū nisi quātum summa cogit necessitas. Sed anima bonis artibus imbuēda est & ex corporū uinculis ac passionū societate p philosophiā eximenda. Illud præterea efficiēdum est ut corpus laborū patientissimū sit neutri autem nō ad uoluptatē sed ad sustentationē porrigendum. Nam qui semp cenas atq; coquos mēte agitant epularū que gratia terras mariaq; perscrutātur miserabili admodū seruitute premūtur & grauissimo domino tributa pendunt. Nihil leuius patiētes quā hi qui apud inferos penas dant uere ignem diuidentes & cribro aquā ferētes & pfossum uas implere anhelantes nullam finē laborū habētes. Tonderi autem aut amiciri ultra quā necessitas sit aut miserorū est secūdum Diogenē aut iniuriorū. Itaq; occupatū esse in corporis ornatu nō minus turpe ducēdū arbitror q̄ aut pellicem esse aut adulterū. Quid.n.refert homini grauo xistide amiciat an uili aliqua ueste dūmodo corpus ab intēperie tutet. Quod & in cæteris obser-

tandum est: ne quid supuacne moliamur nec plus corpori tribuamus q̃ animæ cõmodum sit. Neq; enim minus turpe est uiro qui uero hoc cognomine dignus existat nimiá corporis curam habere q̃ ad aliam quáuis passioné effeminatũ esse. Omne porro studiũ ponere ut corpori quá optime sit: hominis est se ipsum ignorantis nec intelligentis illud sapiens præceptũ quod nõ id quod cernitur est homo. Sed opus est maiore sapientia ut quisq; nostrum quid tandem ipse sit possit agnoscere. Verum eni uero id assequi nõ expiata prius mẽte impossibilius est q̃ lippis oculis solem perspicere. Expiatio autem animæ fit ut & breuiter uobis simul & abũde dicam p contemptũ earum quas nobis sensus porrigũt uoluptatũ. Non igitur oculi pascẽdi sunt absurdis spectaculorũ miraculis nõ aspectu corporum uoluptatis stimulos relinquẽtium nõ per aures sonus infundendus: qui animá corrũpere possit. Nam & nequitia & ignauia ex huiuscemodi musica gigni solet. Sed ea musica recipienda est qua usus Dauid poeta sacrorũ carminũ regem ut ferunt ab insania liberauit. Pythagoras etiam cum iuuenibus quibusdá uino sertis saltuq; per ciuitatem lasciuiẽtibus obuiaret iussisse dicitur ei qui modos tibia faciebat ut mutata harmonia doricum psonaret. Quod ubi factũ est bacchantes illos adeo resipiuisse ferunt ut serta abiicerẽt: & rubore uultus uerecundiá confessi domũ abirent. Tantũ interest corrupta an salubri musica impleare. Quáobrem ab hac quidem musica que nunc in usu est nõ secus abhorrendum uobis censeo q̃ a quauis feditate. Iam uero eos uapores qui odoratum delectent aeri immiscere aut unguẽtis perũgi etiam interdicere uobis erubesco. Quid dicẽdum est de his uoluptatibus que gustu aut tactu fiunt? An dubitandum quin ille quoq; eiusmodi sint ut nisi quis eas caueat uẽtri ac femori seruire eos ueluti peccora cõpellant. Deniq; ut summatim dicam uniuersum corpus despiciendũ est nisi uelimus in luto uoluptatũ submergi aut cete tantũ ei indulgendũ ut philosophiæ: ut inquit Plato ministeriũ præstare possit. Eadem ferme Plato & Paulus monet dum ait: nõ oportere nos prouidentiam aliquá corporis habere ad uoluptates. Nam i qui corpus optime curant animá uero que eius seruitio uti debet negligunt: hi nihil ab his differunt qui ut organa quá optima habeant summo studio conquirunt: arté uero cuius gratia illa organa sunt comparata despiciũt prorsus igitur contra ser

tiandum eſt. Nam caſtigare corpus & capeſſere eius impetus uti immanem quandã belluam oportet & eiuſdem aduerſus animã temerarios motus rationis habena cohibere atq; ſedare non autem fræna uoluptatũ remittere & anime curã abiicere & inſtar aurigæ uiolẽtia equorũ tracti deſerri & Pythagore meminiſſe qui cum intelligeret quẽdam ex familiaribus ſuis cibis exercitationibuſq; ut pinguis fieret curare hic inquit nõ ceſſat moleſtiorẽ ſibi carcerem inſtruere. Quod genus moleſtie cum ſuſpicaretur Plato corpori ſuo impẽdere achademiã inſalubrem attice locum ferunt ex induſtria delegiſſe ut pluſquã bona habitudo corporis ceu uitis nimia luxuries ob eam rem amputaretur ipſe quoq; iam audiui ex medicis ſummã corporis ualitudinẽ periculoſam eſſe. Cum igitur hec nimia indulgentia & ipſi corpori inutilis ſit & animæ impedimentũ afferat in ea re ſtudium ponere manifeſtiſſima & inſania. Quod ſi corpus cõtinere aſſuefacti eſſemus parũ cætera huius uite admiraremur. Quid.n. tibi opus eſſet diuitiis ſi uoluptates corporis aſpernarere. Equidem nõ uideo niſi forte quẽ iuuaret ut in fabulis de draconibus fertur reconditos theſauros uigilando cuſtodiere. Qui autẽ ad hec contẽnenda ingenue eruditus eſſet plurimũ ab omni facinore & uerbo & opere abhorreret. Et quid quod ultra ſufficiẽtiam foret ſiue id lydia gleba eſſet ſiue formicarũ auriferarum opus: tanto magis deſpiceret quanto minus indigeret. Sufficiẽtia autem ipſa nõ libidine uoluptatum: ſed naturæ neceſſitate definiẽda eſt. Nam qui excedunt neceſſitatis terminos: ſimiles ſunt his qui precipites deſeruntur nihil ſtabile inuenientes ubi poſſint conſiſtere nullum terminũ præcipitationis habentes. Sed quanto plura amplectuntur: tantidem aut etiam pluris indigent ad uoluptates implendas. Diuitiarum enim ut ait Solon nullus eſt terminus. Verum ad eam rem Theognide magiſtro utendum: qui ita inquit. Neque diuitias cupio: neque uoto precor. Sed mihi contingat ex paruo uitam agere omni carentem moleſtia. Porro non ſine beniuolentia quadam mihi in mentem uenit Diogenis ſentẽtia humana omnia ſimul contemnentis: qui magno rege ditiorem ſe prædicabat: quod ipſe neque paucorum indigeret. At nobis niſi Phytie miſii adſunt talenta & infinita ſoli iugera & numeroſa armentorum examina nihil ſat erit. Oporteret autem ut ego quidem arbitror: nec abſentes diuitias optare nec præſentibus

gloriari nisi quantū scias uti. sapiēter.n. Socrates qui cum uideret hominem diuitiis affluentē eaq; de causa & fastidio quodam gloriabūdum uadere nō prius inquit te admirabor q̄ notum mihi fuerit quo pacto scias uti fortunis tuis. An uero Phydias Policletusq; si auro aut ebore gloriati eēnt ex quibus alter iliensibus Iouem: alter Iunonē argiuis effinxit ridiculi haberētur aliena bona sibi gloriæ fore putātes: propriā uero artem qua illud aurū preciosius factum est silentio prætereūtes. Nos autem humanā uirtutē nō satis decoris ipsam p se habere arbitrātes minori reprehēsione dignos esse putabimus at diuitias quidē contēnemus: uoluptates despiciemus. Verū blanditias & adulationes sectabimur & archilochee uulpis calliditate multiplicitateq; gaudebimus. at nihil est quod eque fugere debeat sapiens quā ad ostentationē uiuere & populares auras sequi. Non autem uerā rationē usqueadeo ducē uiuendi habere ut etiam si omnes hoīes reclament nihil mutet eorū que recte instituerat etiam si infamiā uel pericula sub re p recte fatis necesse sit. Nam qui aliter institutus est is nihil differre uidetur ab egyptio sophista qui & arbor fiebat & aqua & fera & quicquid liberet. Si quidē ipse quoq; modo laudabit iusticiā si id placere audiētibus intelliget modo eam uituperabit si his apud quos loquitur iniurias esse gratas cognoscet & quod propriū assentatorum est ut polipus ad speciem subiecti soli colorē permutat ita & ipse ad uoluptatē audientiū uariabit sententiā. Sed hec in nostris libris discemus pfectius. In præsentia uero umbram aliquā uirtutis descripsimus ex his extraneis doctrinis. Qui eni diligenter equauis re cogunt utilitatē & si minuatim id agant tamē ut magna flumina multa ex multis locis accipiūt incrementa. Nam id quod inquit poeta si parū paruo superaddas idq; frequenter facias non ad pecunie dūtaxat augumentū dictum fuisse putandū est sed ad cuiusuis scientiæ. Bias quidem igitur unus ex septem sapiētibus filio suo ad egyptios proficiscēti rogantiq; patrem quidnā agendo maxime sibi gratū faceret si uiaticū inquit ad senectutē cōpares uirtutem nimirū pro uiatico intelligens. Sed artioribus terminis illam circūscribens utpote qui eius utilitatem humanæ uitæ spacio definiunt. Ego autem siue quis titoni senectutē siue uiuacissimi apud nostros Matusalem qui mille annos minus triginta dicitur uixisse: si deniq; uniuersum tēpus ex quo fuerunt homines metiatur ridebo puerilem eius sententiam contemplans longum & insensibile seculū quod

quidem tale est ut queadmodum immortalis anime ita etiā illius seculi nullum finem mens possit concipere. Ad quod ut uiaticum paremus omnis lapis ut dicūt monēdus est. Vnde aliqua utilitas ad eam rem sit nobis futura. Nō igitur quia ardua sunt hec & laboriosa idcirco torpescemus sed memores illius sententie oportere uidelicet unam quēq; uitam probatissimam eligere. Expectare autem ut consuetudo faciat illam iucūdam atq; dulcem uideri ea sequi aggrediemur. Turpe est enim cum tempus per socordiā abierit tum demum illud reuocare: cum præter dolorem nihil sit amplius uocāti rediturū. Ego igitur que optima esse rebar partim nunc uos admonui partim omni uite tempore admonebo. Vos autem cum tria sint morborū genera: utinā ne uos ei similes prestetis quod insanabile est: neu ita mēte egrotetis ut plæriq; solent corpore egrotare. Nam ii qui parua inualitudine anguntur ipsi proficiscūtur ad medicos. Qui uero grauiori morbo præmūtur ad se curātes accersunt. At ii qui in atrambilem insanabiliter transuecti sunt nec uenientes quidem medicos recipiunt: quos uos non patiamini nunc recta cousilia aspernantes.

Finis.

GVARINI VERONENSIS IN PLVTARCHVM PRAEFATIO

MAiores nostros Angele mi suauissime nō admirari ut maximis prosequi laudibus non possum: cum tantam in eis magnitudinē atq; constantiam fuisse intueor: ut litterarū ac doctrinæ studia simul & rerum: tum publicarum tum familiariū negocia capesserent: itaq; complectérētur ut eos neq; subtilitas neq; discrimen neq; occupatio deterreret quin adeo sedulo adeo prudenter adeo prouide suaam impartirē diligentiam ut qua in re magis excelluerint nō facile dignoscas: tanto quippe cū ordine & ut ita dicam parsimonia suum distribuisse tēpus uidētur ut ex otio negotium & ex negotio otium nullum amitterent. Horum uestigia cum utili pro parte & quātum hac ætate fieri potest te longe imitantē aspicio tibi

pro mutua nostra beniuolentia & charitate cōgratulor. Nam eo pacto magistratus & publica exerces munera ut & libros ne omittas & domesticæ rei curam suscipias: maiorem autem immodū me tua quædam sedulitas & accuratio propensa delectat quā in educādis præcipue filiolis tuis recte pro ætate morandis adhibes. Id sapienter equidem & summa cum ratione prouidisti ut uirtutem & honestos mores a teneris imbiberēt annis certum mediusfidius ac stabile legatum. nam cum reliqua momentanea & fugatia bona & quædam fortunæ ludibria sint: uirtus profecto cōstans æterna & nostra est possessio. Sed quid opus est meis hæc efferre sentētiis. Adest eruditissimus: & clarissimus auctor plutarchus: qui oēm rem de hac ipa de qua loquor: institutione a uertice: ut aiunt ad calcem non minus acute: q̄ sapienter explicabit. Eum nuper ex græco latinū feci: tuoq; nomini dedicaui. Suscipies autem opusculum: cuius & si per interpretis uitium minus luculenta fortasse sit dictio: sententiarū tamen elegantia: & præceptis diuino quodāmodo excogitatis abunde letabere. habebis enim unde & animū demulceas legēdo & tuos educādo instruas. Qua in re abs te peto: & magis atq; magis oro: ut illustrissimo in primis Manueli Crisolotæ gratias habeas: suumq; tollas ad sydera nomen. Quoniā eius uiri opera: simul & humanitate factū est: ut græcarū splendor litterarū ad nostros redierit hoīes: quos ob earum ignoratione nō paruæ dudū inuoluerant tenebræ. Sed de his alias Plutarchū ipm audiamus.

Plutarchus de liberis educandis.



Vid nam est quod de ingeniorum educatiōe liberorum dicere quispiā possit: quarūue rerum usu ii ad morum probitatē euasuri sint. Eia consideremus ante omnia de ipsorum procreatione: fortassis principiū fecisse præstabit. Si quis igitur illustriū esse natorum pater optat: id ei proponendū arbitror: ut ne uilibus: aut abiectis sese deuinciat mulieribus quales meretrices sunt: aut pellices. Quibus enim ulla ex patre: uel matre innata est macula: eos quo ad uita supsit indelenda quædam ignobilitatis conuicia cōmittantur: que increpare: capereq; uolentibus in promptu magnopere sunt. Sapiens nimirū is extitit poeta: quisquis infelices ait esse prognatos: quum nequaquā recte fundamēta sui generis iaciant: pulchre igitur libertatis: ac licentiæ thesaurus est bonis procreatū esse parētibus. Quæ res his plurimi fieri debet: qui legitimā exoptāt sobolem. at qui

simulati:& nūmorum instar ficti generis arrogātia falli:deprimiq; natura so
let:quocirca is rectissime cecinit poeta:qui hunc in modū inquit:Sceleris pa
rentum mens usquā sibi cōscia:fortissimū quoq; captiuū trahit uirum. Quē-
admodum iactantia simul & fastu referti sunt:quibus claris nasci parentibus
obtigit.Eam ob causam filium Themistoclis Cleophantū multotiēs in mul
titudine dixisse ferunt. Quicquid is expeteret ab atheniēsium populo mox
approbatū iri.Nam quæ ille uellet:& mater: & quæ mater & themistocles.
Quæ uero themistocles:eadem & uniuersus atheniensis populus. Dignissi
mum est eam animi magnitudinē collaudare:eorū qui iccirco regem Archi
damum pecuniis mulctauere: quoniā pusilli corporis mulierē matrimonio
capere passus erat.Subinde dicentes quod ille nō reges:sed regiam eis stirpē
edere cogitasset.Post hæc deinceps dicat quod maiores nostri haud negle
xisse uidentur.Quid nam illud est:ut qui se mulieribus generādæ gratia so-
bolis admouent:hi omnino sobrii:aut uino saltē modestissime delibato: cō
gressum faciāt.Quibus enī ex initio ut a genitoribus per ebrietatē sæminarē
tur accidit:ii uini auidi:ac temulenti nimirū esse solent.Ea propter cū Dioge
nes quēdam ex temulētia alienatæ mētis adolescentulum desipere cerneret.
Adolescentule inquit ebrius te sæminauit pater.Et de genitura quidē hacte
nus.At uero de ipsa iam degenda uita uidetur explicandum.

Generaliter equidē:quod de artibus ac sciētiis dicere consueuimus:
idem etiā de uirtute dicendū.Tria esse quæ ad operis perfectionē
rite obeundā cōcurrere oporteat:naturā rationē & consuetudinē.
Rationē disciplinā uoco:consuetudinē uero exercitationē. Initiū
a disciplina:usus ab exercitio ac meditatione fiet:ex oibus autē absolutio cō
parabitur. Si istorū pars ulla defecerit: necesse erit hāc claudam esse uirtutē.
Cæca enī res est sine disciplina natura & absq; natura disciplina māca res exi
stit.Imperfectū autē quiddā existit:si ambobus his careat exercitio. Nam si-
cut in agrorum cultura bonam in primis esse tellurē,oportet serēdi peritum
agricolam:dehinc optima sæmina.Eodem modo telluri naturam: agricolæ
præceptorē: sæminibus studiorū institutiones ac præcepta cōferes que om
nia in eorū animos cōuenisse ac spirasse cōtēderim quos uniuersi decantant.
Pythagorā dico:Socratē:Platonē & quisquis sempiternā consecutus est glo
riā.Ingētis certe felicitatis & diuini fauoris ē:si cui singula hæc dii cōtulerint.
Quod si quis haud idoneū existimat ingeniū posteaq̄ doctrinā & rectā ad

uirtutem nactus est exercitationem: ingentes nature defectus ut fieri potest:
non remittere magnũ in modum imo uero prorsus errare se sciat. Socordia
eni naturæ uires perimit: doctrina tollit ignauiã. Facilia quoq; ipsos fugiunt
neglĩgẽtes: difficilia uero cura & diligentia capessunt. Quam expeditissima
quamq; efficax sedulitas pariter ac labor existat: compluribus in rebus facile
si complexeris disces. Aquarum enim guttæ lapides cauant: ferrum & æs ma
nuum tactibus obterũtur. Carpentorum rotæ summis inflexæ uiribus haud
ullo pacto pristinam reparare rectitudinẽ possunt. Curuatas histrionũ uir/
gas nullo dirigere modo licet. Quin factus præter naturã labor naturæ uim
superauit At hæc dũtaxat diligentiæ potestatẽ indicant. Minime: imo uero
& infinita cætera. Si quod fertile natura solũ incuriæ deditur: squalet. Incul/
tum natura præstantius est: eo magis si per ocium ac negligentiã omissum
erit perditur. Estq; quispiam infœcundus & supra modum asperior ager: at
cultus generosos edidit fructus. Quænam arbores sunt: quæ datæ neglectui
non simul: & tortæ pululent: & steriles perstent. Quum eædem rectũ affe/
ctatæ patrociniũ fructuosæ sint: & magnopere fertiles. Quæ corporis forti/
tudo non obtunditur: & propter incuriam: molliciẽ: ac malam habitudinẽ
non perit. Quæ autem imbecilla adeo natura: quæ per exercitationes: atq;
certamina ad maximas non augeatur uires: qui uero equi a primis bene do
miti annis suis non obsequũtur sessoribus: qui autem indomiti perstant: nõ
ne ceruice durissimi: & animi feroces euaserũt? Et quid admirari cætera opus
est: cum truculentissimas feras laboribus mitigari mansuefieriq; plærũq; cer
namus? Bene Thesalus ille: qui cum interrogaretur quinã abiectissimi the/
salorum essent: qui bellicarũ quietẽ rerũ agunt: inquit. Et quid multis opus
est uerbis. Consuetudo est: quæ longæua permaneat. Si quis proprias fami/
liaresq; ex consuetudine uirtutes agat is nullo aberrare posse modo uidetur:
quia in re unico usus exẽplo amplius de hisce rebus prolixiora enarrare desi
nam. Ligurgus ille sparthanorũ legislator geminos ex hisdem parẽtibus ca
tulos suscipiens: haud similibus educauit moribus. Alterum enim elluonẽ
luxuriaq; solutum: Alterum indagine sagacem: & uenationibus idoneũ red
didit. Postea cum aliquando lacedæmonii unum in locũ conuenissent. Ad
parandã inquit uirtutẽ uiri lacedæmonii ingens est momentũ consuetudo
disciplina: doctrina: & uitæ istitutio. que nobis illico manifesta uæhemẽter

eſſe faciam:duos ſubinde catulos abducens cum ollam in medio leporemq;
coram eis poſuiſſet:alter quidem leporé:alter in ollam magno erupit impe
tu.Cum autem lacedæmonii nondum quidnam id ſibi uellet coniectarent:
aut quáobrem catulos oſtentaſſet:hi ambo dixit iiſdem orti parentibus: cæ
terum diuerſam uitæ conſuetudiné aſſecuti:alter guloſus:alter uenator eua/
ſere.De uita quidem ac conſuetudine ſatis. Conſequens eſt ut de educatio/
ne dicatur.

OPortet:ut mihi profecto uidetur:ut matres filios educét:eiſq; ube
ra porrigant:quoniá maiori cum charitate & impenſa magis dili
gentia nutrient:ut quæ natos ex intimo & (ut dici ſolet) ex ungui
bus ament. Nutrices uero & alumnæ ſuppoſitá quádam & aſcri
ticiam beniuolentiá habent:utpote mercedis gratia diligentes. Quod ma/
tres eos quos progenuerint nutrire alereq; cóueniat:ipſa etiá natura demon
ſtrat. Vnicuiq; etiam animantiú generi quæ pariút:iccirco ſimul & lactis ali
menta ſuppeditauit.Eius quoq; ſapientem fuiſſe prouidentiam cóſtat:quæ
duplices mulieribus mámas addidit:ut ſi gemellos peperiſſe contigerit: du
plices ad alendnm fontes haberent. Præterea ut maiorem in eos quos pro/
creaſſent:amorem beniuolentiáq; fouerét.Quod mediuſfidius Haud iniu/
ria factum eſt. Victus enim cibiq; ſodaliciú quiddam beniuolentiæ & amo
ris incrementú exiſtit. Nam & belluæ dum a ſociis paſtus auellunt: magnú
præ ſe ferre deſideriú uidentur.Danda preſertim opera ut matres quemad/
modum enarratú eſt:filios educét:eiſq; ubera porrigant. Si id facere nequie
rint uel propter aduerſam corporis ualitudiné(id náq; impediméto eſſe po
terit) uel propter aliorum ſtudium gignendorú: alúnas ac nutrices nó uiles
equidem:aut aduéticias:uerum q̃maxime idoneas probaſq; ſuſcipiédas eſſe
cenſeo.Primú quidem moribus inſtructas patriis. Sicut enim infantiú mem
bra:ſimulac nati ſunt:formari cóponiq; debent:ut recta: minimeq; obliqua
fiant:Ita puerorum mores principio apte:concineq; fingere conueniet. Illa
nanq; nouella ætas ad fingendum facilis & tenera eſt: & ipſorú animis dum
molles adhuc extant diſciplinæ melius inſtillantur. Difficilius auté quæ du
ra ſunt molliútur:ut enim mollibus ſigilla ceris imprimútur: Ita & doctrinæ
dum puerilis adhuc animus eſt inſculpútur. Aptiſſime igit̃ diuinus ille Pla
to nutrices admonuiſſe uidetur:ut ne friuolas:ac turpes pueris fabellas man

dent:ne illorum animos ex initio stulticia: & corruptis imbuát moribus. Pulchre igit Phocilides poeta monuit. Dum tener est gnatus generosos instrue mores. Illud etiam ne omittatur dignum est: ut adolescétulos qui alúnis conuicturi ministraturiq; sint: tales in primis inquiramus: ut bonis ueniant instituti moribus. Dehinc ut patrium sermonem: ac expedita pronũciare uerba sciant: ne barbaris uocibus: aut deprauatis moribus intincti aliquod ex his uitium reportent Haut est ab re illud usitatum sermone prouerbium. Si claudo uicinus habitaueris: & ipse claudus ambulare disces. Postquam peruentũ eo ætatis erit: ut iam pedagogis cómitti pueri debeant: hic ad eorum institutionem omnis habebitur diligentia: ne mancipiis aut barbaris: aut perfidis: & inconstantibus filios tradere se nesciant: cum irridenda uæheméter hoc té pore multorũ adsit cõsuetudo. Præstantes siquidem seruos nacti: hos quidé agricultores designat: illos naucleros: alios mercatores: quosdá domesticæ rei dispensatores. At si quem temulentũ: scurram: & ad omné rem gerendá prorsus inutilem seruum repererint: huius curæ natos cómittunt. Frugi uero pedagogum talem natura esse oportet: qualis Achillis pedagogos phoenix erat: quem iccirco Peleus: ut est apud Homerum Achillis curæ præfecisse dicitur: ut enim dicendi pariter ac faciendi ductor foret: atq; magister. Maximum omniũ: longeq; primariũ dicturus accedo. Inquirédi filiis præceptores: quorum uita nullis obnoxia criminibus: irrepræhensi mores: & optimũ experimentũ. Honestatis enim fontem: simul ac radicem esse liquet legitimam consequi disciplinam. Ac ueluti coloni sepes arbusculis circũponunt: Ita & æquissimi præceptores consona pueris instituta & admonitiones insuerunt: unde rectissima morũ germina pululent. Nunc uero respuendi: stomacandiq; nõnulli sunt genitores: qui priusquá ullam ex præceptoribus experientiam sumpserint: hominibus aliquádo improbis: imperitiaq; ac ignorationis insignis liberos commendát. Quot etsi per ignoratiam factum fuerit ridiculũ tamen est. Illud autem extremæ certe stulticiæ. Quidná inquies quidam enim quanquá quibusdam dicentibus peritis aliquorum inscitiam improbitatemq; cognorit idque persenserint. Eis tamen suos commendant pueros. Nonnulli placidis eorum uicti blanditiis. Sunt qui rogantium amicorum gratiæ tribuát. Qua in re simile quippiam factitant: ut si quis ægroto

laborans corpore doctum:ac ſalutiferum omittens medicum: ut amici gra/
tiam ineat:imperitum deligat:a quo fortaſſis in perniciem detur: ut præſtan
tiſſimo gubernatore dimiſſo: obſecrantibus amicis probet ignarum. Proh
iupiter diiq; omnes eſt ne paternæ quiſpiam appellationis:qui pluris obſe/
crantium gratiam:q̃ liberorum eruditionem faciat? Haud ab re quod anti/
quus ille Crates dicere ſolebat:qui ſi licuiſſet:ubi in altiſſimam urbis partem
conſcendiſſet: ſe uociferatum aiebat. Quorſum ruitis homines: qui omne
in comparandis pecuniis ſtudium facitis? Filiorum uero quibus eas relin/
quetis nullam ſane curam ſuſcipitis. Quibus addendum eſſe cenſeo: ꝙ ubi
patres haud aliter faciunt: q̃ qui magnam calceorum ſedulitatem habeant
cum interim pedem ip̃m paruipendant. Multi ſunt parẽtes in quibus adeo
nummorum amor pariter & filiorum odium increuit:ut ne maiora impen/
dant ſalaria:nullius exiſtimationis homines eorum natis deligant: uiliſſiorũ
preciorum diſciplinã inſectantes. Ob quam rem Ariſtippus haud inſulſe:
quin urbano plurimum ſermone quẽdam mentis inopem patrem carpſit.
Quopiam enim ex eo percunctante: quanta inſtruendi gratia filii mercedẽ
poſtularet. Mille dragmas dixit. Ille uero hercle ait. Permagnum poſtulatũ.
Seruum enim comparare mille dragmis poſſum. Duos inquit habebis ſer/
uos & filium:& quem mercaberis:& ut ſummatim dicam quonãmodo ab/
ſurdum non eſt:noſtros quo dextra cibos capiant:ita aſſuefeciſſe:ut ſi leuam
protendat:continuo increpemus nullam autem facere prouidẽtiam:ut ido/
neas atq; legitimas audiant diſciplinas. Quid autem his admirandis accidat
patribus poſtquam filios male nutrierint maleq; inſtruxerint dicere aggre/
diar. Nam cum ſumpta uirili toga ſalubrem:ac bene inſtitutum uiuendi or/
dinem aſpernantes:ad immodeſtas atq; ſeruiles ſeſe præcipitarint uolupta/
tes: tũc ita liberos erudiſſe pœnitet. Cumq; nulla extat utilitas ſeſe ob illorũ
peccata diſcrutiant. Hi enim aſſentatores: paraſitoſque recipiũt indecores ac
execrandos homines: & pernitioſos iuuẽtutis euerſores. Illi ſcorta:meretri
ceſq; ſuꝑbas atq; ſumptuoſas redimũt. Alii obſoniis & exquiſitis ferculis dies
peragunt. Quidã in alea:procaciſſimiſq; ſodaliciis uti naufragi demergũtur.
Nonnulli iuuenilibus ſeſe magis applicantes malis adulteria: libidineſq; cõ
plectuntur:& unicam morte uoluptatem exiſtimant. Verum enim uero hi:

si cuiuspiam philosophi consuetudinē habuissent: haud talibus profecto te bus animū induxissent. Quin id Diogenis præceptū didicissent: qui uerbo quidem grauiter: re autem uere cōmonefaciens ait meretriciam ingerere do mum: ut perdiscas q̄ uilissimarū rerum pretia nullam præesse ferunt excellē tiam: & ut succincte dicam uaticinari magis q̄ admonere iure me existimās. Vnum in hac re primū: medium atq; postremū esse uerticē asseuero: ut ho/ nesta uitæ regula: & legitima sit eruditio. Hæc esse quæ ad uirtutē ac beatitu dinem plurimū ferant adiumēti. cætera quidem bona humana quædā esse pusillaq; & indigna quæ tantis insectentur studiis. Pulchra quidem mediuſ fidius est nobilitas. Sed maiorū illud nostrorū bonum existit. Preciosæ quip pa diuitiæ. Verum ea est fortunæ possessio cum eas & habētibus multotiēs auferat: & minime sperātibus afferat. Magnæ insuper opes signū quoddam & faciorosis nota seruis & calumniatoribus iacent: quotiens loculos agitare adoririq; cōcupiuerint & quod maximū est. Hæ quoq; sceleratissimis com/ munes hominibus sunt. Gloria uenusta quidem res est: sed incōstans mini/ meq; stabilis. Forma præcipuū quoddam: & pro qua uendicāda magnope re decertetur. At caduca quoq; durās tempore. Preciosa quippe sanitas Ve rum permutationi prorsus obnoxia. Concupitæ sane uires: & in partē beati tudinis collaudādæ. Sed facile aut ægritudine senectute contabescūt. Si quis omnino corporis robore glorietur: sententia falli se discat. Humana siquidē uis præ cæteris pars quota extat animantibus Ellephantes inquā: tauros atq; leones. Nostris autem in rebus sola & immortalis & diuina est eruditio. Ex uniuersis duo humanæ naturæ per quā peculiaria bona sunt: intellectus & ratio. Et intellectus quidem imperat. Ratio autem obsequitur. Hunc nullus fortunæ tollet incursus nulla calumnia distrahet: non ægritudo corrumpet: neq; senectus ullis affliget nocumētis. Solus intellectus est qui uetustate cō/ fectus repubescat: cum & reliqua omnia tēpore diminuantur: scientia sene/ ctus augescit. Bellum singula torrentis instar trahens: & omnia ferens solam doctrinam nequit eripere. Quo circa philosophū Stilponē illum megaren sem memoratu dignum fecisse respōsum autumo. Nam cum demetrius ca/ ptam urbem solo æquasset stilponem interrogauit: nunquid suorū quicquā amisisset. Cui stilpo haut equidem inquit: bellum enim nulla ex uirtute spo lia ducit. Concors huic: & consentaueū illud socratis uidetur esse respōsum.

Nam cum Gorgias: ut arbitror percontaretur an Persarum regem felicem esse putaret. Nescio inquit quantum habeat uirtutis ac disciplinæ: perinde ac in hisce: nō autem fortunæ bonis persistat beatitudo: Cæterum quemadmodum nihil filiorum eruditione propensius: & conducibilius faciundum esse moneo. Ita incorrupta ac salubri patria isistere oportere dixerim. Ita ut liberi ac popularibus: & laudatius q̄ procul magis abducantur. Nam multitudini qui collibuerit: is sapientibus displiceat oportebit Testimonio est Euripides ita dictitās. Iners ergo sum meos in uulgum uersus dare. Modicis uero ac æqualibus sapiētior. Et profecto qui peritis contēptui sunt: ii ad perorādum in multitudine magis idonei habentur. Qui enim ad turbulentissimæ gratiam & beniuolentiā plæbis ineūdam sua constituerint exercitia: eos ut plurimum prodigos & uoluptatis auidos intueor: & iure quidē ac merito. Nam siquis ut uoluptatem aliis comparet honestatē negligit: is certe rectas ac salubres delectationes suas anteponere aut pro uoluptuosis modesta sectari nullo modo poterit. Ad hæc ne pueri dicant ex tempore cauendū erit. Quod enim incōsulto ac temere dictum factumue sit: id pulchrum esse nequit. Vt que in prouerbio est: difficilia honesta sunt. Impræmeditati quoq; sermones plurima leuitate incuriaq; referti neq; unde sumēdum exordium neq; ubi terminādum facile conspicantur. Præter alia delicta quibus extempora ie dicendum est: ii ad immoderatam quandam incidunt multiloquentiam. Considerata uero meditatio orationem e congrua uagari mensura nō sinit. Periclem aut accepimus ad perorandum conuocatum multotiens populo nequaquam audiuisse cōstat: q̄p imperitum se esse diceret. Eodem modo & eius in repub. emulator Demosthenes: quum ad consulendum accerseretur a populo resistit. Non enim instructus sum ait. Hanc nullo cum auctore mendacemq; traditionem esse fortasse quis dicet? Verum in oratione contra Midiam cogitationis utilitatem palam adduxit: hunc in modum inquiens. Ego uiri athenienses considerasse me fateor: & quantum in me situm est præmeditatum uæhementer esse non inficior. Miserādus enim certe forem: si ita dispositus accessissem: ut quæ de hisce rebus oraturus sum inconsiderata præteriissem. Neq; uero id nunc dico: ut sit omnino dicendi expedita præparatio reprobanda: aut quominus ab his qui eam rem digne exequi possit habenda sit exercitatio: sed hoc inueni parce faciundum: quo ad uiri/

lis succedat ætas: neue ex incidenti dicat dignum arbitror. At cum eloquẽdi ui res radicem egerint: tunc ubi tempus aduocarit orandi ubertatem impartire conueniet. Sicut enim qui longo tempore in uinculis coniecti fuerint: si posterius soluantur: ob diuturnam uinculorum consuetudinem ambulare nequeũt quin immo claudis incedunt pedibus: ita & qui sermonem diutius astrinxerint: si quando loquendum extemplo fuerit: nihilominus eundem stilum interpretis obseruant. At si quis pueros ex tempore dicere sinat: extremæ causa in garulitatis instituit. Miser quidam pictor quũ suam Apelli ostẽderet imaginem: hanc modo pinxi dixit: cui Apelles: etsi taceas inquit hanc subito depictam esse intelligo. Demiror autem quo nam pacto non plures huiuscemodi depinxeris Et ut ad priorem materiam referatur oratio: sicuti theatralem ac tragicam: ita & depressam & humilem dicendi orationem euitandam fugiendamq; prorsus admoneo. Tumidum nanq; orationis genus ciuile nequaquam est. Tenue uero nusqnam mouet. Quẽadmodum enim corpus non solum incolume uerum etiam bonæ habitudinis esse oportet: ita & oratione non modo nõ ægram: sed etiam robustam esse cõuenit. Nam quicquid tutum est: id solum modo collaudatur. Quod uero cum periculo fit: id etiam admiratione prosequimur. Eandem quoq; de animi dispositiõe sententiam habeo. Nam neq; temerarium: neq; audacia prorsus exutum: ac timidum esse decebit: cum illud quidem impudẽtiam: hoc autem seruilem afferat turpitudinem. Mediam autem in cunctis secare uiam summæ & artis & consonantiæ est. Adhuc cum de disciplina cõmemorem de ipsa quid opiner dissẽrẽdum censeo: sermonem uno contẽtum esse membro: non autem uariis distinctum esse clausulis: non paruum imperitiæ ac dissonantiæ signũ facio. Id præterea ad exercitationem fastidiosum: & passim intollerandum arbitror. Vnicus nãq; canendi modus & inuariatus personis actus laborem simul ac satietatem gignit. Amœna uero usq; quaq; uarietas cum cæteris in rebus: tum uero in uocibus atq; spectaculis. Ingenuis igitur adolescẽtibus nihil uel auditu uel spectatu debet omitti. immo nec is qui orbis disciplinatũ appellatur. Verum hæc perinde ac gustus gratia: uel in transcursu perdiscenda sunt. Fieri autem nequit: ut in cunctis perfectionẽ assequantur. Antiquiorem autem primariãq; philosophiam esse ducant. Qua in re meam coram ex similitudine quadam constituenda sententia. Nam sicuti compluris naui

urbes obire perpulchrum eſt: Ita in præſtantiſſima domicilium habere cõ/
modiſſimum ac precioſiſſimum. Vrbane profecto Biantem philoſophum
dicere ſolitum accepimus. Quemadmodum cum proci penelopes congreſ
ſum habere nequirent: eius ſe ancillis immiſcebant. Ita & qui philoſophiam
conſequi nõ ualent: per cæteras nullius ſane exiſtimationis diſciplinas aridi
ſemper & tenues intabeſcunt: Quãobrem aliarum artium & ſcientiarum u i
principem conſtituere philoſophiam oportebit. Ad corporis quidem cu/
ram duplicem ſcientiam humana excogitauit induſtria: medicinã dico: atq;
gymnaſticam: quarum altera ſanitatem: altera bonam importat habitudinẽ.
Animorum autẽ ægritudines atq; langores ſola eſt quæ curet: medeaturq;
philoſophia. Per hanc enim & cum hac ſcire licet quid honeſtum: quid tur
pe: quid iuſtum: quid iniuſtum: & ſummatim quid diligendũ: quid fugien/
dum: quomodo parentibus: quomodo natu grandioribus: quomodo perẽ
grinis: magiſtratibus: amicis: uxoribus: ac ſeruis utendum ſit. Vtq; deos uenẽ
remur: parentes honoremus: ſeniores uereamur: legibus obtẽperemus: ma
giſtratibus cedendũ ſit. Amicos diligere oporteat: in mulieres ſeruare mo/
deſtiam: caros habere liberos: minime ſeuire cum ſeruis: & quod maximũ
eſt in proſperis fortunæ ſucceſſibus lætitia non effundi: nec in aduerſis caſi/
bus triſticia deprimi: nec omnino uoluptatibus eſſe deditos: nec ita per ira/
cundiam affici: ut beluarum animos induamus: quæ ex omnibus philoſo/
phiæ bonis antiquiſſima iudico. Generoſi enim ſecundam fere fortunam ui
ri officium eſt. Sine inuidia uero hominis bene inſtituti uoluptates ratione
ſuperare ſapientis. Iracundiam uincere nõ uilis profecto aut abiecti munus
eſt uiri. Cæterum eos profectos opinor eſſe homines: qui ciuiles cum philo
ſophia poteſtates queant immiſcere. Hos ſibi gemina uendicare bona reor:
ut ſcilicet eorum uita: & ad cõmunem omnium utilitatem in re pub. ducere/
tur: & ſumma cum tranquillitate nullis obiecta fluctibus per ſapientiæ ſtu
dia uerſaretur. Nam cum triplex uitæ genus exiſtat: unum quidem actiuum:
contemplatiuum alterum: tertium uoluptuoſum. Hoc ſane diſſolutũ & uo/
luptatis mancipium: beluarum eſt & infimorum hominũ. Actiuum autem
ſi philoſophia caruerit ineptum eſt: & magnis delictis inuoluitur. Speculati
uum ſi ab actiuo ſeiungitur prorſus inutile. Experiundũ igitur pro uiribus ut
& publica conficiãtur: & philoſophia uẽdicetur queadmodũ pro tẽporibus

attinere uidebitur. Hunc in modum pericles ciuilia tractauit officia. Hunc in modum Architas Tarentinus. Hunc in modum Dion Syracusius: & Thebanus Epaminundas quorum utrumq; Platonis constat fuisse discipulum. Circa disciplinam quid amplius immorari deceat nescio: nisi q praeter ea quae dicta sunt conducibile: immo uero necessarium existit: ut ad adipiscendos antiquorum codices ne parum diligetes sint. Verum hi pro agricolarum more colligendi. Nam ita disciplinae instrumentum: non librorum possessio: sed usus & exercitatio est: sicut & colendi scientiam ab tellure: non autem a uomeribus & reliqua supellectile cōseruari contingit. Corporis certamina: ut contenantur: ne digna quidem extant: sed ad eius rei praeceptores: ut ad ipsa quantum sat erit elaborent: pueri dimittentur: quo & apta quaedam membrorum compositio simul & robur acquiratur. Bona enim in pueris corporis habitudo: bonae quoq; senectutis fundamenta iacit: sicut hiemi necessaria per serenitatem parare conuenit. Ita & boni mores: & optimum ad senectutem uiaticum modestia in ipsa iuuenta reponentur. Adeo autem deinde ac in cella quadam reseruandus est corporis labor: ut ne fragiles: leuiterq; cedētes ad doctrinae studia fatigati succumbant. Hostes enim disciplinarum: ut a Platone dictum est labores atq; somni. Quid his tantum insisto: cum ad id quod dictum longe principalius est explicādum: summo ducar studio? Militaribus nanq; certaminibus pueros exercere conueniet: ut in iaciendis hastis: tractandis arcubus: uenationibusq; magnopere contendant. Victores eorum quos bello deuicerint bona sibi ipsis praemia esse proponunt. Bellum educatam in umbra corporis habitudinem repudiat. Macilētus autem miles: bellicus assuetus certaminibus pugiles: & structas praelio propulsat acies. Quid agis dicet quispiam: tu cum de ingenuorum educatione liberorum daturum te praecepta spoponderis: postmodum inopes ac populares ita uideris praetermisisse: ut solis institutionem locupletibus exhibere cogites: quibus occurrere haud certe difficile. Ego nanq; hanc ipsam institutionē cōmunem omnibus ac utilem esse maxime uelim: uerum si propria laborantes indigentia meis uti cōmonefationibus nequierint: fortunam non autem me consulentem accusent. Enitēdum itaq; pro uiribus ut optima pueris uel etiam ipsis pauperibus fiat educatio: sin autem possibili saltem potiendum erit. Et ista quidem quae grauiter in sermone obiici poterant adduxi: ut quae

ad rectam iuuenum instructionem ferunt deinceps adiungam. Illud igitur assero ad honesta pueros exercitia non plagis aut uerberibus: sed monitis ac rationibus adduci oportere. Omitto enim ea magis seruos decere q̃ liberos qui durati rigescunt: & ad labores sustinendos: nunc ob plagarum dolores: nunc ob contumelias horrent. Liberalibus autem pueris maiorem laudes ac uituperia q̃ uerbera cõmoditatem afferunt. Illæ enim ad honesta concitant: hæc a turpitudine cohibent. Mixtim uero & alternis utendum erit obiurgationibus & laudibus. Postq̃ uehemẽter obiurgarint: pudore agendũ erit: rursusq; laudibus reuocabũt: iisq; imitandæ nutrices erunt: quæ ubi infantes lugere coegerint: ubera denuo ad eos solandos admouent. Cauendum autem erit ne immodicis elati laudationibus intumescant: quoniã nimiis demoliti laudibus franguntur. Plærosq; iam ego patres uidi: quibus amor nimius ne amarent causa extitit. Quid enim est quod dicere uelim: ut exẽplo luculentior fiat oratio. Nam cum hi festinent: ut filii in cunctis otius antecedant: immensos illis labores adiiciunt: sub quibus defessi corruant: & alioquin pondere molestiarum oppressi doctrinam minus mansuete percipiunt. Plantæ enim cum modicis alantur aquis: q̃ multis suffocãtur. Eodem modo animus cum mediocri uegetetur labore sub nimio demersus opprimitur. Ab continuis igitur laboribus danda quædam pueris respiratio. Reminisci enĩ oportet nostram omnẽ uitam in remissionẽ: ac studium esse diuisam. Quocirca non uigiliam modo: uerum etiam somnũ esse repertum: nõ bellum solum: sed & pacem: non hiemem: sed & tranquillitatem: non operosos: sed festos etiam dies: & ut generatim eloquar: laboris condimentum est otium. Idque non in animantibus modo: sed etiã in his quæ anima carent fieri conspicies. Arcus enim lyrasq; remittimus: ut tendere possimus. Ac summatim corpus quidem indigentia: & replemento: animus uero remissione atq; labore conseruantur. Increpandi plæriq; merito sunt genitores: qui pedagogis atque præceptoribus filios ita cõmittunt: ut quid hi discant neq; uideant: neque protinus audiant. Qua in re plusquã opus sit delinquunt: quum ipsi paucos intra dies experimenta suscipere ac tentare debeant: nõ autem in mercenarii dispositiõe spem suam collocare. Nam & illi maiorem puerorum curam ac diligentiam facturi sunt: cum rationem ubiq; reddituros se fore scient. Hoc in loco generosum illud lepidumue stabularii dictum: qui nulla alia ex re

equum adeo pinguescere: q̄ regis oculo dixit. Super omnia puerorū memoria exercenda consuescendaque: ea enim disciplinæ quasi quædam cella penaria est. Quamobrem memoriā esse matrem musarum traditur in fabulis. Quasi uero insinuent atq; demonstrent nullam a natura rem tantum gignere ac nutrire quantum memoriam posse. Illa igitur in utrāq; partem exercenda: siue ii natura memores: siue contra obliuiosi fuerint. Naturæ siquidē abūdantiam corroborabimus: defectum uero supplebimus: cum que illis cæteros: istis seipsos uincere continget. Præclare enim apud Hesiodum. Paruula si tentes superadiecisse pusillis. Idque frequens peragas magnus cumulatur aceruus. Illud uero ne parentes lateat memoratiuam doctrinæ partem non modo ad perdiscendum. Verum & ad cæteras uitæ res non nimiam conferre portionem. Nam rerum gestarum memoria ad futurorū cōsultationem exemplum quoddam extat. Præterea filii ab uerborum turpitudine retrahēdi: ut enim ait Democritus. Actionis umbra existit oratio. dehinc ut ipsi colloquio faciles: & in obuiis compellandis suaues fient præparandū erit. Nam sicuti graues in colloquio mores digna in se contrahūt odia: ita & pueri cari sociis reddentur: si quæsiti non pertinaces omnino: nulliq; cedentes extiterint. Non solum enim uincere: sed etiam uinci scire speciosum est: in iis præsertim rebus ī quibus uictoria detrimentū parit. Extat huiuscemodi cadmea certe uictoria. Huius rei testem adducendum sapientem habeo Euripidem: qui hunc in modū locutus est. Duobus ob loquentibus: cum alter furit qui uerba frenat: is longe sapientior. Cæterum illa non minus q̄ superiora: quin longe magis adolescentibus exercēda: ea sunt eiusmodi sine mollicie uitam esse degendam: continendam linguam: iram sibi subiicere: manus comprimere: quale autem unumquodque sit despiciendum. Hæc autem ab exemplis notiora fient: & ut a posteriore prius exordiar: plæriq; manus ad iniusta summittētes lucra ante actam effunderūt uitam: ut Gilippus lacedæmonius qui quoniam pecuniarum saculos soluerat sparta in exilium expulsus est. Sapientis autem munus est: ab nulla uinci iracundia. Adolescēs quidam temerarius admodum & fastidiosus: Socratem calce percussit. Quamobrem cum moleste ferentis comites adeoq; animi discruciatos aspiceret: ut ipsum perse qui uellēt: si me asinus inquit calse pulsasset: dignum meut mutuo illi calces incuterētur existimaretis. Quod tamē haud ille prorsus effecit. At cum eum

uniuersi probris insectarentur:calcitroneq; nominarent suffocatus est. Cum Aristophanes multa in eum cõuicia dissipans eum cui nebulæ titulus est co moediam edidisset:& astantiũ quidam talia decantan. dixisset. Nunquid ista Socrates iniquo pateris animo? Haud equidem mediusfidius ait. Siquidem in theatro perinde ac magno in cõuiuio salibus mordeor. Sororia ista & pa ria Architas tarẽtinus & Plato gessisse uidentur. Ille enim ex bello reuersus: rei namq; militari operam dabat:agrum incultum ac squalentem offendens accito illius uillico nisi iratus forem lugeres ait. Plato uero aduersus deditũ uentri seruum: fastidiendumq; ira percitus uocato sororis filio Speusippo: ubi dixit:hũc uerberato. Nam ego nimia exagitor ira. Ardua hæc & imitatu difficilia:dicet sane quispiã:nec ego sum nescius. Verum enimuero toto eni tendum est pro posse:ut istis utentes exemplis ab incõueniente & sæua ni/ mirum ira magnã saltem auferamus partem. Nam cum alias quidem ad res: nec cum eorum doctrina:nec cum uirtute certare possimus:suæ nihilomins sapientiæ perinde ac deorum antistes sacrorum expositores:tedasq; gestãtes hæc imitari pro uiribus & aliquid deradere conamur. De continenda uero lingua ut proposui explicare restat. Si quis paruum aut contemptibile suspi catur a ueritate uæhementer errat. Magnæ enim sapientiæ tempestiuum est silentium:& omni certe sermone præstantius Iccirco maiores nostri mysti/ cas dedignasse cærimonias uidẽtur:ut ex illis capta silẽdi cõsuetudine:deorũ metum ad humanorum fidem archanorum transferemus. Nam quum ne/ minem tacuisse piguerit:dixisse certe complures. Præterea quod silentio re tentum est efferetur perfacile:quod autem edideris nullo modo reuocari potest. Scio innumerabiles ob linguæ intemperãtiam ad maximas incidisse calamitates Ex quibus relictis cæteris unum aut duos adumbrationis gratia meminisse sat erit. Cum Philadelphus sororem Arsinoem cepisset uxorem. Sotades inquit in sanctam minime rimulam trudis aculeũ: quo dicto in uin cula coniectus:multo tempore putridus intabuit: & intẽpestiuæ dicacitatis haud increpandas utique poenas dedit. Qui ut aliis risum exiberet:in diutur nos collapsus est luctus. Paria & cum his contendentia Theocritus philoso phus dixit:sustinuitq; & grauiora non nihil. Alexander græcis:ut purpureas pararent uestes edixerat:ut cum rediret belli contra barbaros a se confecti ui ctoriam solẽnibus celebraret sacrificiis. Tum nationibus argẽtum per capita

conferentibus Theocritus inquit: prius quidem subdubitabam: nunc uero perspicue sentio: hanc tibi secundũ Homerum necem fore purpuream: quibus ex rebus magnam Alexandro conflauit inimicitiam Regi Macedonum Antigono: qui altero carebat oculo: cum cæcitatem obiecisset: haut mediocrem suscitauit iram. Magistrum enim coquorum Eutrepionem in centuria quadam constitutum: ut rationem redderet: acciperetq; ad se uenire iussetat quam cum ille ad eum multotiens aduertans retulisset. Scio inquit theocritus: ꝗ ciclopi me crudum appones. Quo dicto illi quidem cæcitatem: huic uero coquinariam obiectauit artem. Tunc Eutrepion: capite igitur carebis respondit: & huius dicacitatis insaniæq; pœnas lues: dehinc dicta renunciauit ad regem. At ille qui Theocritum interficerant statim misit. Præter hæc omnia id quod Sanctissimum est pueri uera proferre consuefiant. Mentiri enim seruile est uitium: & a cunctis mortalibus odio insectãdum: nec quod apud mediocris esse seruos ueniam promereatur. Ista quidem de puerorũ ornamentis atque modestia: nullam per ambiguitatem aut segnitiem dispu tatu rus accessi. De his autem quæ deinceps dicturus sum dubius persto: & ancipiti magis trahor sententia hac illacue in trutinæ modum uergens: in neutram certus inducor partem. Permultus uero de introducenda: aut re aduertenda me torpor habet. Vt illam tamen expromam prorsus audiendum est. Quid illud est? Vtrum qui puerorum amore tenentur: eorum societatem & consuetudinẽ habere sinendi: aut contra prohibẽdi: & ab ipsorũ conuersatione procul arcendi. Cum enim plærosq; rigidos patres moribus acerbos immitesq; respicio: qui filiorum dedecus esse arbitrantur si cum eorum amatoribus obseruentur: hanc rem meis introducere consiliis uereor. Cum autem ex altera parte animaduerto: Socratem: Platonem: Xenophontem: Eschinem: Cebetem: & uniuersum illum uirorum cœtum: qui marium commendat amores quiq; adolescentes ad eruditionem popularem principatum & ad morum deniq; probitatem peruexerunt: subinde alter existo & ad illorum emulationem uirorum ipse deflector. Harum etiam rerum testimonio est Euripides: hoc inquiens pacto. Sed est amor mortalibus quidam insitus animi moderata iustaque seruantis: Simul id Platonis institutũ ingenti studio & urbanitate temperatũ haud prætermittendũ. Licere inquit

iis qui optime de repu.meriti sunt:ut quē ex honestis forma maluerint iusto sibi deuinctū amore media frōte d'ssuauient. Quod si quos pulchritudinis libido ceperit:eos fugare propellereq; cōueniet. Qui autem animū dilectio ne ac beniuolentia conplectētur:ii penitus comprobandi:quales athenien/ sium amores:& lacedæmoniorū existunt. De his prout unusquisq; sibi psua det ita:etiam suspicatur. Ego uero postq̃ de puerili iam institutione ac orna/ mento disserui ad adolescentium ætatem transeūdum paucis esse censeo. Sæ pe numero improborū duces morum incusaui:qui cum puerili adhuc ætati pedagogos magistrosq; præficiant:iuuenilem impetū solutum uagari sinūt. Cum econtra maior his annis q̃ puerilibus cautio & obseruatio debeatur. Nam quis ignorat puerorū delicta parua esse ac meditati facilia? Fortassis.n. aut pedagogorū incuria : aut præceptorū in ludis peragendis inobedientia. At iuuenum peccata immensa plærūq; sunt & miseriarū plena : uentris imo destia:paternorū bonorū expilatio:alea:saltandi proteruia:ebrietates: amo/ res uirginum:mulierū corruptiones:adulteria. Horum igitur impetus omni cura & diligentia cohercendi reprimendiq; fuerant. Petulantē enim uigorē ætatis nō facile a uoluptatum obseruabis incursu. Quocirca illi freno uæhe/ menter opus extitit:ea propter qui huic ætati summopere nō resistūt : haud intelligere uidentur:se illorū cogitationibus magnam ad perpetrāda facino ra licentiam exhibere. Prudentes itaq; patres hoc potissimū tēpore summa custodire uigilantia oportebit:ut adolescētulos ad modestiam inducant:in/ struant:minētur:rogent:consulant:polliceantur. Nunc eorum exempla de/ monstrent:qui ob suas libidines ad magnas peruenerūt erumnas : aut qui p tollerantiam laudes & præclaram sunt gloriā assecuti. Hæc eni duo perinde ac uirtutis elementa sunt spes honoris:ac fortitudo pœne. Nam cum illa ad egregia honestatis opera promptiores efficiat. Hæc ad perpetranda uilissi/ ma segniores reddit. Generatim autem liberos nostros flagitiosorum homi num consortio segregare decebit. Eorum enim malignitatē reportant. Hæc & Pythagoras obscuris quibusdam præcepit sermonibus : quos hoc in loco positos explanabo:quoniam ad conquirēdam uirtutem non minimum ui/ dentur afferre momentū:quale illud:quæ migrantes habent caudas gustari non oportere. Hoc est cum hominibus consuetudinem non esse habēdam: quos morum deprauatio ipsa denigrant. Iugum stateramq; ne transcēdere:

idest plurimi iusticiam facere oportere: nec eã ullo modo transcendere: nec immodio insidere. Hoc est fugiendum esse otium: prouidendũq; ut necessariam præparemus alimoniam. Haud iniciẽdam unicuiq; dexterã idest non prompte: aut inconsulto cõsiliari oportere. Angustum ne gestabis anulum: quoniam ita uitam: ut eam non uinculo distringas exercere debebis. Ignem ferro cædi minime decere. Hoc est irritandum non esse furẽtem: haud enim conuenit: quin potius cum intumescit iræ cædendum. Cor ne cõmanducabis. Quid aliud insinuat: q̃ ne animum offendas sollicitudinibus: eum ne curis conficies? Abstinendum a fabis: q̄ in re ciuili uersari non oporteat. Fabis enim priscorũ suffragia ferebantur: quæ finem principatibus attulerunt. Cibos in scaphio non esse ponendos: significat autem in improbum animum urbanos immitti non oportere sermones: aut ulla uirtutis studia. Cogitationis nanq; cibus est cum ratione studium ac sermo frugi: quẽ in purum ac sordidum humana reddit improbitas: haud retrouerti qui ad cõtermina proficiscantur. idest quibus moriendũ est: cum proximum uitæ terminũ intueantur facile ferant neq; mœrore deprimantur. Ad priorem denuo materiã flectetur oratio: & quod prius agebam a prauis hominibus: sed assentatoribus præsertim liberos abducamus. Compluribus id patribus præfari nõ desino: ac impræsentiarũ rursus dictito: nullum animantium genus assentatoribus esse perniciosius: nullum quod citius in præcipitia iuuentutem deducat: qui patres ac filios radicitus obiecerunt. Illorum senectutẽ simul & horum adolescentiam tristicia & magnis affligentes malis & quæ ipsorum cõsiliis clandestina quædam iacet esca uoluptatẽ prætendunt. Opulentos filios patres ut sobrietatem conseruent monent. Assentatores ebrietatem: illi temperantiam: isti lasciuiam: illi parsimoniam: isti sumptus & expensas: illi labores appetendos: isti socordiam. Vniuscuiusq; uitam punctũ esse: temporis asseuerant. Quocirca uiuendum non autem diminute uiuendum esse & quæ uobis paternarum cura minarum. Iam pater uti saturnus quidam ætate delirat: iam capularis est dæmon. Sublimem hunc attolamus: eumq; quãprimum efferamus. Plæriq; ad scortandum accedunt: & intempestiuas ducũt uxores: paternaq; ad senectutem uiatica corradunt atq; surripiunt. Scelestissimũ hominum genus amicitiæ simulatores nullam prorsus eloquendi libertatẽ degustantes: ii locupletum quidem assentatores: pauperum contemptores:

aduersus iuuentutem perinde ac ex arte lyrica deducti cum suos ridere nutritores cernunt: ultro arrident. Ex omni uitæ patre nothi atq; degeneres ad diuitum nutum uitam agunt: fortuna liberi electione serui. Tum magnas se pati contumelias opinantur: cum nullis afficiantur contumeliis: quoniá alienũ frustra capiant cibum. Quocirca siquis pater est: qui de bene instruendis natis curam gerat: has primum fastidiosas propulset pecudes. Condiscipulorũ etiam flagitia repellantur: quoniá ii ad mansuetissimas etiam naturas corrũpendas satis possunt. Ista quidem honesta & perutilia sunt: quæ uero dicam humana. Haud enim uolo parentes omnino asperos & natura esse durissimos. At præteritorum nõnullis peccatorũ concedendam interdum esse ueniam ducant: seq; iuuenes aliquando fuisse meminerint. Quẽadmodũ medici amara quædam uenena dulcibus immiscentes humoribus: comitẽ utilitatis amœnitatem inuenerunt: ita & patres increpationũ rigorem mansuetudine temperent est necesse. Puerorum nanq; desideriis remittendæ interdũ habenæ: non nihilq; laxandæ: quandoq; rursus intendendæ. Leuia præsertim delicta molli ferant animo. Sin aduersus ipsos ira excanduerint: ilico tumorem animi deponant. Parentẽ enim celeres q̃ graues suscipere iras præstat. Nam cum quispiam ita difficiles induit animos: ut nõ nisi summo cum labore redire in gratiam possit: profecto filiorũ odium contraxisse non paruo patefecit inditio: ut aliqua etiá nouisse peccata dissimulent satius erit. Verum surditatem & obtusos senectutis sensus ad filiorum cõmissa transferant: ut plæraq; uidentes non uideant: audientes non audiant. Amicorum errata perinferius quodná ergo mirum si & natorum crapulantiũ multotiens seruorum ebrietatẽ minime redarguimus. Interdum pepcisti? insuper suppeditato. Moleste aliquãdo pertulisti? Vltro ueniam exhibe. Per seruuli quãdoq; fraudes demulsisti? Cohibe prorsus iracundiá. Ex agro iuuencos abstulit? Red it hesternuuu nonnunquá exhalans temetũ.? Inscius esto. Vnguẽta redolẽt tactus sis. Hunc in modũ petulca iuuẽtus equini instar pulli domita: mitisq; eddit. Enitendũ est: ut qui libidinibus succũbunt: & increpatiõibus oĩo rebelles existunt: cõnubio subiũgãtur. Hoc siquidẽ tutissimũ iuuẽtutis est uinculũ. Eas autẽ despõdere filiis uxores conueniet: quæ nec multo nobiliores nec ditiores sint. Sapiẽtia refertũ utiq; puerbiũ. Aequalẽ tibi mulierẽ ingre. Nam qui seipsis lõge ampliores capiũt uxores: nõ earũ maritos: uerũ

dotis mancipia fecisse se nesciunt. Cæterum hisce rebus bræuia quædam apponens confestim præcepta circunscribam. Ante omnia opus est: ut patres non solum nihil peccando: uerum etiam honesta singula peragendo manifestum sese filiis exemplar exhibeāt: ut in eorum uitam quasi quoddam speculum intuentes: ab operum simul & sermonũ turpitudine se penitus auertant. Nam siquis delinquentes obiurgat filios: tum is in eosdem illabatur errores: hic ignorare uidetur sub illorum nomine sua se incusare crimina. Et ut succincte dicam: qui uitam improbe degunt: ii nullam in seruos: aut liberos increpandi licentiam agunt. Praeterea in eorum cōmissis: nunc consulendo nunc instituendo iuuent. Vbi enim impudens est senectus: ibi & inuerecũdos esse iuuenes est necesse: Ad comparãdam filiis modestiam danda opera est ut omnia pro rerum conuenientia perficiantur. Imittemur autem potissimum Euridicem: quæ quãuis illirica & barbarissima foret mulierum: ad erudiendos tamen liberos q̄q̄ in ætate iam prouecta studium ac disciplinã attigit. Quantam uero in eius filios indulgētiam habuerit: uel illud abunde: quod musis dedicauit epigramma declarat. Hyeropolitana Euridice postq̄ doctrinæ: ac eruditionis desiderium cœpisset: hunc musis titulum consecrauit. Pubescentibus enim liberis mater iam grandæua studiorum atq; uirtutis monumenta litteras ingenti cum labore perdidicit. Vniuersa quæ in superioribus exposita sunt præcepta complecti: uoti magis q̄ admonitiōis opus esse forte censebitur. Vt autem plura per imitationem assequamur: & hoc ipsum quadam sortis ac naturæ bonitate permultaq; insuper diligentia indigebit. At humano effici posse constat ingenio.

Finis.

Hieronymi presbyteri de officiis liberorum erga parentes breuis admonitio.

PArentum meritis subiugans filios deus omnipotens seruiendi legem in officiis posteris dedit: ut hoc cogantur diuino facere imperio: quod debuit pietas suadere dicente libro Exo. in quo ita scriptum est. Honora patrem tuum & matrē tuam sicut precepit tibi dominus: ut bene sit tibi: & longæ sis uitæ super terram: quā dominus deus tuus tibi dabit. Audite filii salutiferam iussionem: & præcepta legis affectu debiti amoris implete. Seruite patribus futuri patres & matres uestras tenera diligite pietate: ut & uestre cōiuges mereātur matrū nomine nūcupari. Nemo patrē asperis uerbis lædat: ne fiat amara dulcedo hoc fiat inter parentes & filios: quod iubente domino natura continuit. Affectum sonet quicquid linguæ dixerint liberorum. Inter caras coniunctasq; personas pietatis iura seruentur. hoc filiorū ora loquātur: quod parentes delectat audire. Præbeatur patribus amori mixta formido: quí prima nobis sunt causa nascēdi. Exhibete patribus filii: quod uos potestas paterni nominis cogit: quæ a deo est eorum meritis attributa: ut ipsa de uobis exigat: quod natura iubere non potuit. Matribus quoq; debitam impendite reuerētiam: quæ uobis uteri liuore seruientes pondus uestri corporis tollerant atq; ignotam portantes infantiam famulatum quendam exhibent nascituris. Illo tempore nō sibi tātum esurit mater: nec acceptos sola digerit cibos. Materno uictu alitur & ille qui latet: eiusq; membra alterius cōmestio ne pascūtur: ut homo futurus alienis morsibus saturetur: quid ipsa memorē nutrimēta: & teneræ infantiæ dulces iniurias: quas nutritionis affectus de suis paruulis sumit: quid cibos in matre confectos: qui fœmineis manantes ex mēbris lacteum soluūtur in succū: & fauce inualidas liquido sapore perfundunt: cogente natura. Sumunt infantes de matre: quod bibant: & dente non nato hoc sibi currentibus labiis eliciunt: quod non sit necesse mordere. Seruiunt materna posteris pectora: seruiunt ipsis incunabulis: manus & terga membris deuota lactentiū gratos artus accipiūt. Optat mater paruulum crescere: optat cito uidere maiorē eum: quem numero iuuenum miscere festinat: nunquā sibi forsitan seruiturum. His tot tantisq; præcedentibus factis parētibus matriq; tota debet alacritate

seruiri. Reddatur naturæ debitũ: reddatur & posteris quod debetur. Exolue fili quod debes: & officia debita qualicunq; exhibe familiatu: quia parentibus nemo potest reddere quod debetur. Humilitas talibus oblata personis uiuendi tempus extendit: & morte dilata multum nostram prorogat uitam uicemq; facientibus reddens officia nostra domino iubente cõmendat: qui in tantum parentũ nomen diligit: ut seipsum patrem iusserit dici. Irreuerens autem filius quid de domino ipse mereatur. Salomonis dicta testãtur. Contumeliis afficiens patrem & contemnens senectam matris confundetur & in obprobriis erit. Filius delinquens custodire disciplinam patris meditabitur sermones malitiæ. Maledicenti patrem & matrem extinguetur lumẽ: & pupillæ oculorum eius uidebunt tenebras. Audi fili patrem qui te genuit: nec contempseris: quia seruit mater tua. Pareat patri linguam quã genuit: & matrem suã nemo crudeli uerbo percutiat. Sic te sapiat fili iuuenilis auctoritas ætatis: ut noueris unde sis natus. Memento scripturæ sanctæ: ubi spiritu sancto loquente dictum est. Quia qui maledixerit patrem aut matrem morte moriatur. Memento ergo parentum esse: quod talis es: quorũ manibus cre menta sumpsisti. Fauces tuæ nec dum lacteum perdiderunt saporem: quem tibi pia mater insundens linguam istam pauit potu corporis. Impende debitum patri matriq; seruitium: qui nunquã tuos uagitus horrentes totum in te lambebat osculis corpus. Sit tibi gratia salus ipsorum quibus carior est uita tua q̃ propria. Redde uicem collandæ pietatis: facta parentum tuis cunabulis cõmoda officiis propriis exsolue. Parentes enim adeo debent dulciores: qui per alios reparari non possunt: & cum eos lex naturæ subtraxerit: nec patrem tibi alterum poteris inuenire nec matrem. Mutato coniugio uictricus pater est: nec nouerca potest nomen matris implere. Nullus igitur filiorum auctorem lucis suæ cædat iniuriis. Nemo parentibus optet aduersa: qui liberos suæ saluti anteponunt. Intolerabile nefas est ex illo ore audire proteruũ sermonẽ: aut illis pulsari manibus: quas humor diluit oculorum nostrorũ. Timete sententiam quam dominus promisit ingratis. Meretur enim cæcitatis subire supplicium: qui parentum uultus uel toruo uisu despexerit: uel elatis oculis læserit pietatem. Si quicquam sapitis filii: eo animo uidete uenerabiles facies: quo uos ipsi conspiciunt: & eorum labiis dulcibus osculis inhærete. Senibus seruire pſacile est: quos nemo potat: nemo nutrit corporis sui.

Foueatur itaq; parentum ſenectus:& factis eorum uiciſſitudo reddatur. Habet enim quandam ſenectus infantiam. Videant liberi ueſtri: quid faciant uicem uobis ſimilem reddituri. Imitamini filium Machabeũ: qui matri mortẽ ſeruiuit:& durum imperiũ gratáter aggreſſus eſt: ne offenderet genitricem. Maluit fratrum ſociari funeribus: q̃ uoluntati matris obſiſtere. Ita enim matris ſuadentis uoluntas perfecta eſt: ut deo filium faceret martyrem fratrum coronis participem. Deniq; obſequium ſuum melius morte probans ſuaſionem ſermonis matris impleuit:& lucem iſtam moriendo contemnens conſors factus eſt martyrum: ut illa germanitas æterno collegio firmaretur. Ecce quid præſtitit animus matri ſubiectus deuotus filins obediẽs promotus eſt: qui nolens maternam aliqualiter lædere pietatem perpetuã uitam paſſione ſuſcepit. Qui dominum confitendo: cum moreretur cum fratribus a domino coram angelis meruit coronari.

Finis.

Brxie quamaccuratiſſime emendatiſſimeq; impreſſum: per Venerabilẽ Dominum Preſbyterum Baptiſtam Farſengum artis impreſſoriæ ſolertiſſimum. Impenſa Franciſci Laurini ciuis Brixiæ. Anno a natali chriſtiano. M.cccc.xcv. Die.iiii. Aprilis.

